MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80665-5

AUTHOR:

PEERLKAMP, PETRUS HOFMAN

TITLE:

PETRI HOFMANNI PEERLKAMP...

PLACE:

HARLEMI

DATE:

1806

Master Negative #

92-80665-5

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88X6
DP




Peerlkamp, Petrus Hofman, 1786-1865.
Petri Hofmanni Peerlkamp...Oratio de Xenophonte Ephesio, accedit in eundem observationum criticarum specimen. Harlemi, apud A. Loosjes, 1806.
48 p. 21 cm.

98293

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 8/6/92 INITIALS mcd
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT


AIIM



Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910


301/587-8202





MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.


88X
IP

F. Schleusner 1808.

PETRI HOFMANNI PEERLKAMP,

GYMNAS. DOCCUM. RECTOR.

ORATIO

DE

XENOPHONTE EPHESIO.

ACCEDIT IN EUNDEM OBSERVATIONUM CRITICARUM SPECIMEN.



HARLEMI,
APUD A. LOOSJES, PF.
MDCCCVI.

TACONI SCHONEGEVEL, Doccumano Consuli,

ARIO ADRIANI, Sacrarum literarum in Ecles. Reform. interpreti,

CAROLO AEYELTS, Sacrarum literarum in Ecles. Christiana, interpreti, et

ANNIO de HAAN, Sacrarum literarum in Ecles. Reform. interpreti,

et

Gymnasii Doccumani Curatoribus.

P. D. S. P. H. PEERLKAMP.

Hanc de Xenophonte Ephesio orationem, et in eundem observationes, vobis dedicavi, qui scholam nostram publica muniti auctoritate constituitis, viri a me multis nominibus amandi! Tenue per se quidem est munusculum; sed si animo meo, quo dedi, metiamini, magnum. — Orationem me, quæ de Xenophonte dixi, vocare, ne miremini. Equidem, quod alii hac de re sentiant, lubens nimirum illud iis relinquo, mihi modo meum judicium relinquant. Sic autem cogito; nostras rationes hic a priscis mul-

 tum

tum esſe diverſas; illis reorum ſalutem aut condemnationem plerumque, nobis, quoties publice verba facturi prodimus, auditorum voluptatem quæri et delectationem. Quamquam itaque argumenta ſint disſimilia, et nobis illud ſæpisſime deſit, in quo magnopere exſultare posſit oratio, conſilium autem, ut perſuadeamus auditoribus, nobis cum priſcis ſit commune, vocem uſitatam ſervare malui, quam aut declamationem, aut disſertationem, aut alia ratione hunc meum libellum appellare. —— Vos valete, et, quod facitis, me amate. Scripſi Doccumæ.

LEC-

LECTORI ÆQUO ET ERUDITO.

Iſtam muneris noſtri ratio fert conſuetudinem, ut quotannis nobis dicendum aliquid ſit pro ea auditorum corona, quæ ad publicam juventutis ſcholaſticæ promotionem, ut dicitur, videndam confluere ſolet. Magna eſt, nec diffiteor, quæ hic tractari posſit, materia, ſed, fere eſt ut dicam, exigua, quæ non ſit tractata. —— Quare de Xenophonte Epheſio dicendum mihi arbitratus ſum; de quo quamquam quæ dici posſint, pleraque occuparunt Caſperius et Locella, ut ætate erant ſuperiores, non ideo tamen occaſionem ab iis mihi præreptam judicavi, de eo meo more disſerendi. Eoque libentius de hoc auctore disſerui, quod Specimen in eum obſervationum criticarum habebam paratum, idque in lucem emittere cogitabam. —— Cæterum in annotationibus Græcis accentuum rationem habere nolui,

lui,

lui. Idque haud ita nove, nec ab ipſo, Græcorum ſcribendi modo alienum. — Commentatus ſum in duos tantum libros, neque in eos tamen omnia, quæ erant parata, dedi. Tres, qui ſupererant, libros hic reliqui intactos. Itaque interdum et latius de nonnullis rebus diſputavi, et in ea dilabi me paſſus ſum, quæ ad Xenophontem non pertinere videri poſſent. — Quodſi laborem meum ſententia tua probaveris, meque hic non omnino inutilem operam præſtitiſſe, aut deinde præſtare poſſe, judicaveris, totum olim a me Xenophontem accipies. Bene vale. —

DOC-

DOCCUMANI CONSULES, ET DE CIVITATE, ET DE SCHOLIS NOSTRIS BENE MERITI!

GYMNASII HUJUS CURATORES, VIRI PRUDENTISSIMI, OPTIMI!

SACRARUM LITERARUM INTERPRETES PLURIMUM VENERANDI!

QUOTQUOT DENIQUE ADESTIS, AUDITORES SPECTATISSIMI!

Eſt quædam in nobis, ut ita dicam cupiditas, quam ab ipſa Natura hauſimus et arripuimus, qua cupiditate trahimur ad exiſtimationem puellarum, quas vel inſigni forma vel egregiis animi ornamentis excellere videmus. Hac exiſtimatione primum quidem omnes, ut debemus, proſequimur; deinde vero ex ingenti multitudine ita rem contrahimus et adducimus in anguſtum, ut omnem exiſtimationem, et, quæ hinc oriuntur, amorem et caritatem, in unam conferamus, eandemque reliquæ vitæ noſtræ ſociam eligamus. Habent hæc tempora magnas ſæpe contentiones, moleſtias, viciſſitudines; hæc juvenum affectus commovent et exercent, hæc ſpem, metum, exſpectationem; hæc iram odium et emulationem excitant; hæc denique eos caſus afferunt, qui in ſcribendo ſuppeditant varietatem, plenam voluptatis cujusdam, qua legentes mire afficimur. —

Ta-

Talia igitur ſcripta cum ingenti aviditate quaſi devorarentur, plurimos ſingulæ regiones (1) extulerunt auctores, qui ad hæc fingenda animum appulerunt.

Ac Græci quidem (2), qui humanitate et doctrina omnes olim populos præſtabant, quamvis libertate amisſa plurimum etiam priſtinæ illius et veræ eruditionis amiſisſent, hoc tamen ſcribendi genus, novum tunc temporis et inuſitatum, arripuerunt, et majore, quam alii, ſtudio excoluerunt. Ex hoc numero fuere (3) cum plurimi alii, quorum

(1) Plurimos ſingulæ regiones et ſq.] Vetus omnino hoc ſcribendi genus fuit, inquit Salmaſius, Præfat. Achillis Tatii, ac a multis populis politioribus olim hodieque frequentatum. Perſæ imprimis iſta amatoria affectant, qua proſa qua verſu, ſive rythmis, in quibus excellunt. Et videntur ab omni ævo fabulis ad hunc modum ſcriptitandis ſtuduisſe. In Aſiam olim, quam regebant, fabularum Mileſiarum originem intulisſe, non fruſtra credas. Arabibus certe hunc eundem ſcribendi morem ac genium dedere. Hi transmiſere Hiſpanis. A quibus nos porro Galli accepimus. —— Hæc ille.

(2) Aç Græci quidem et ſq.] Eadem ratione hanc in rem diſputat ſcriptor elegantisſimus, Archenholtz, Engeland T. II. p. 232. — Græcos ſcilicet et Romanos aurea literarum ætate, Periclis et Auguſti temporibus, hoc ſcribendi genus ignorasſe; ſerius autem inventum, quum Græcia jam de ſummo eruditionis ac doctrinæ gradu esſet dejecta, in literarum tamen humanitate aliis nationibus esſet exemplo. —— Cæterum e Latinis qui tales fabulas ſcripſerint, referuntur Appulejus et Martianus Capella.

(3) Ex hoc numero fuere et ſq.] Ingens Eroticorum fuit numerus, de quibus Fabricius in Bibl. Græc., Morhof. Polyh. et Galeus ad Parthenii Erotica. Præter hos autem, quos nominavi, exſtant Euſtathius, ſive Eumathius, cujus inventiones frigidiuſculæ, narrationes fere ὁμοειδεις και πιθανον ὀυκ ἐχουσαι, ut de eo ſentit Caſaub. in Caſaubonianis p. 13. —— Nec eo melior Theodorus Prodromus, cujus de Rhodantes et Doſiclis amoribus legimus jambica; ut adeo credam, Lexico Stephaniano nihil ideo decesſisſe, quod hi amorum libri intacti ab illo fuerunt. Quod cogitare videtur Borrichius de Lexic. Græc. p. 51. —— Referantur et huc, ſi placet, Luciani Amores, Ariſtæneti, et aliquot etiam Alciphronis Epiſtolæ, cujus ego paucas, quas dedit, amatorias, omnibus Ariſtæneti longe præfero. Hic, ut aliorum ſe plumis exornavit, ſæpe etiam ita Xenophonte uſus vel potius abuſus eſt, ut integra verba transſcripſerit. Exempla in Locellæ commentariis exſtant.

rum labores temporum injuria perierunt, tum, qui etiamnum exſtant, Heliodorus, Achilles Tatius, Longus, et Xenophon Epheſius: ſuis quique meritis ſpectandi illi quidem, tamen Xenophon Epheſius habet brevitatem quandam, ſuavitatem et elegantiam, quibus ſe ipſe præ aliis commendare mihi videtur.

Quare, quum hodiernus dies dicendi partes mihi injunxerit, de hoc ſcriptore nonnulla in medium proferre, nec a muneris mei ratione, nec a ſenſu veſtro alienum duxi. Vos quidem, Auditores, hæc ita accipiatis quæſo rogoque, ut ea non tam rerum gravitate et novitate, quam meo Græcas literas juvandi ſtudio metiamini. ——

Xenophontem igitur Epheſium plurimi eruditorum ad ſæculum a C. N. ſecundum aut tertium referunt, argumentis potisſimum iis nixi, quæ ex ipſius ſtilo et rebus quas narrat, duxerunt. His tamen, ut ea nec omnino in dubium vocanda, ſic neque fidem habendam cenſeo. Dicendi genus, ducit quidem illud colorem ab eo tempore, quo, qui hoc uſus

ufus eft, vixit; quis vero ignorat quanta fit vis ftudii et imitationis in eo mutando, præcipue fi id ipfum egerint auctores, ut laterent? —

Quod quidem Xenophontem (4) fecisfe femper arbi-

(4) Quod quidem Xenophontem et fq.] Illud, quod, anteaquam de aliorum opinione quidquam cognoveram, in mentem mihi venit, fufpicatus eft etiam Bodoni Præf. Longi fui. — Quod παραδοξον quidem, verumtamen non prorfus contemnendum vocat Locella. præfat. pag. 6. — De Charitone fuo fimile quid fufpicatus eft Dorvillius in Anim. I. 1. p. 7. — Forte Erotici fcriptores e re fua non esfe vera nomina libris fuis infcribere perfpexerunt, præfertim iis temporibus viventes, quæ hæc ludicra omnino non admittere videbantur. Exemplum certe habemus in Heliodoro, cui Aethiopica fua non exigua conflasfe negotia, inde conjici poteft, quod nonnulli narrant, libros igne damnatos, eorumque auctori, nifi ipfe combureret, munus iri abrogatum. Erat autem Epifcopus. Quod negasfe fertur. Quæ tamen viris doctis a veritate esfe videntur aliena. Cf. quæ poft Fabricium, dedere Crænius Thef. Optim. Libror. Exercit. II. p. 26. et J. Klefekerus in Bibliotheca Erudit. Præcoc. p. 158. Ac Socrates quidem Eclefiafticus l. l. a Fabricio, vocat Aethiopica, πονηρα ἐρωτικα βιβλια, et Nicephorus τας βιβλους ὑπαναπτουσας τον ἐρωτα. Tam fi illi hæc de Heliodoro, cujus in fcribendo verecundiam omnes laudant hodie, quid tandem de Achille Tatio, atque aliis cenfuros fuisfe putemus? Xenophontem, fi vidisfent exemplum, quod tum certe exftitit, fine dubio in eandem clasfem retulisfent. At non item Grotius Ephefiaca λογου illius σαπρου, de quo in Epift. ad Ephef. IV. vs. 29. legimus, plena esfe dixisfet, fi legisfet. Potiori jure hæc erant referenda ad Milefiaca, quæ etiam Plutarchus vocat ἀκολαστα, quorum auctor dicitur Ariftides, et qualia plura laudat N. Heinfius ad Ovid. II. Trift. vs. 418. Cf. et Interpr. ad Appulej. initium. Quæ imitari voluisfe videtur ille qui impuras iftas *Latini fermonis elegantias* confcripfit. — Pofterioribus temporibus plurima Erotica librorum vetitorum indicibus esfe interdicta, mirum non eft. Il-

bitratus fum. Nec profecto melius unquam libro fuo confuluisfet, nifi asfumto illius nomine, qui fermonis elegantia et fuavitate unus omnium maxime elucet. — Pleraque vero a rebus derivata argumenta, æque mihi videntur esfe levia. Quid enim? Scriptorem Eroticum ifta fide egisfe (5), quam in hiftoria, luce temporum, requirimus? Imo hic illi bene cum poëta convenit, qui alia fingendi, alia ornandi, jus fibi et arbitrium fumfit. Equidem diu multumque de ætate illius mecum cogitavi, fed aliorum opiniones adhuc melius potui convellere, quam tales ipfe concipere, quæ fe aliqua veri fpecie commendarent. Illud autem mihi perfuafi, omnibus eum, qui fuperfunt, Eroticis esfe antiquiorem. Idque ut facerem ipfi illi Erotici me perduxerunt, quos non obfcure deprehendere mihi videbar, pluribus locis Xenophontem ante oculos habuisfe, illiusque bene ac eleganter dictis certatim opera fua exornasfe, rerum quoque ipfarum narrationem ita fæpe imitatos, ut alias integras, alias paulim immutatas in ufus fuos converterint. Quod cui-

Illud mirum vero eft Aeneam Sylvium [poftea Papam Pium II.] *de duobus amantibus Euryalo et Lucretia* fcripfisfe. [Lovanii hic liber rarisfimus prodiit 1479. in 4ta forma. Qui et hoc titulo exftat. *P. Lotichii Amores Euryali Franci, et Lucretiæ Senenfis.* 8tav.]

(5) Scriptorem Eroticum ifta fide egisfe.] Credo enim eos ita rerum antiquarum hiftoria ufos fuisfe, ut propofito fuo maxime conveniebat. Itaque omnia ad vifum refecanda non funt. Hoc et Xenophontem fecisfe arbitror in defcriptione ἑορτης iftius ἐπιχωριας, cujus neminem alium meminisfe ait Locella, qui aliquot Dianæ fefta enumerat, ad quæ Xenophonteum nihil pertinet. In obfervationibus plura dicemus. —

cuivis, diligenti horum inſtituta comparatione, planum erit et apertum. ——

Aliquot ſæcula Xenophon jacuit in tenebris, atque eruditis nomine tantum, ex Suida, et deinde ex Angelo Politiano, qui legerat, atque inde partem aliquam Latinam fecerat, cognitus fuit.

Latebat unicum MSS. in bibliotheca monachorum Casſinenſium, Florentiæ. —— Precibus et votis multorum, qui Græcas literas amabant, iisque bene cupiebant, diu fuit expetitus; tandem Antonius Cochius eum in lucem hominumque adſpectum protulit, Latinoque ſermone reddidit. Quod hujus diligentiæ, quæ deſiderata ſæpe eſt, in codice deſcribendo defuit, id deinde ſupplerunt viri præſtanſtantisſimi Dorvillius et Locella, qui multa loca ex eodem codice partim emendarunt, partim ſupplerunt. Simulatque autem Xenophon prodiisſet, omnes, qui de literis poterant judicare, eosque præcipue cives noſtros, ita cepit, ut et non ſine voluptate legerent, et indigne ferrent, ſcriptorem tam elegantem et venuſtum, tot maculis esſe deformatum, quibus rerum verborumque perſpicuitati multum ſplendoris detrahebatur. Itaque alii aliis novæ editionis erant auctores, qui id ſi per negotia præſtare non poterant, aut in literis Græcis vitæ tabernaculum non poſuerant. Alii in eo emendando et illuſtrando operam et induſtriam collocabant. His omnibus palmam præripuit, Tiberius ille Hemſterhuſius (6), cujus ſingulare ac prope divinum ingenium

(6) Tiberius ille Hemſterhuſius.] Laudavit D. Rhunkenius in Elogio Hemſterhuſii. —— Locum addere nequeo, quia liber non eſt ad manum. ——

nium in hoc etiam eluxit. Hic plurimas maculas formoſo corpori ita eluit, ut omnes mirarentur, qui tandem fieri posſit, ut homo, qui Græcus non esſet natus, ſermone tamen Græco ſe totum adeo imbuerit. ——

Iſta autem admiratio pene cesſit in ſtuporem, quum diligentius Codex, quem diximus comparatus, plurimas illius emendationes auctoritate ſua confirmavit. —— O beatum Græcum ſcriptorem, qui talem nactus fueris interpretem! —— In partem hujus laudis venit Abrechii diligentia et Dorvillii. Bene etiam de Xenophonte meritus eſt Treslingius. In hoc quidem asſentientem non habebo Locellam; ſed dicam, quod res eſt. Treslingius ſpecimen illud obſervationum juvenis conſcripſit. Quis autem tam iniquus eſt rerum arbiter, ut alios alius ætatis esſe fructus nolit videre? —— Et tamen multa ille dedit bona, multa elegantia. Quod Locella ubique fere aut negat (7) aut disſimulat. Quid tandem animi creditis illi fore, ſi quis Græce, qualis Hemſterhuſius, ſcientisſimus, annotationes illius acerrime caſtigaret. A tali tamen plus quam

(7) Quod Locella ubique fere negat et ſq.] V. g. in voc. ἦν δε γεγραμμενα, poſt quæ Treſl. τοιαδε ſupplerat, idemque ante hunc viſum Loc. —— neque tamen ideo plus ponderis conjecturæ ſuæ accesſisſe dicit. —— Quo addita hæc injuriæ plena verba? —— Inprimis et Loc. exſultat ubi Treſling. ſibi aliquid lectum non meminit, et ille forte reperit. —— Et tamen ſuo ipſius gladio non ſemel jugulari poteſt. Dedimus exemplum in καταφαινεσθαι. —— in σκεψαι κατα σαυτ... —— Et alia dare facile posſemus. —— Sed animus a talibus abhorret. ——

a ſe exſpectari ipſe profitetur. Nonne igitur hæc, quam petit venia, ab ipſo alii erat tribuenda? —— His, quæ mihi nulla invidia, ab hac enim me omnes abhorrere noviſtis, ſed amor veritatis, et, ut hoc utar, indignatio quædam civem meum a Germano ſic haberi, ſed his, Locellæ meritis in Xenophontem nihil detractum velim. ——

Imo hunc illi tantum debere quantum eſt maximum, ſemper judicavi. Præterquam enim quod novam fere et accuratam Latinam interpretationem adjecit, multa melius diſtinxit, multa ingenioſe et acute tentavit, multa ſic illuſtravit, ut magnam omnes de varia ſua et accurata eruditione concipere jubeat opinionem. Locellam ſecutus eſt (8) Mitſcherlichius, qui Xenophontem editioni Bipontinæ inſerendam curavit, hoc fere ſolum laudandus, quod magnam Græcorum exemplorum paucitatem numero auxerit. —— Fuere præter hos quos nominavi alii eruditi, qui in Xenophonte hunc illumve locum, ut ſit, diverſis locis et temporibus emendarunt. Qui autem integrum aliquem laborem, ut nova exoriretur editio, aggresſus eſt, quantum quidem ego novi, poſtea inventus eſt nemo. Quod tamen iis qui literas Græcas amant, fore pergratum, et alios ſæpe audivi dicentes, et ipſe animadverti. —— Sed mirantes vos videre videor, me, qui doctisſimorum vi-

(8) Locellam ſecutus eſt et ſq.] Prodiere interim et duæ editiones, altera Lucæ 1781. in 4ta. addita Latina verſione Cochii, Italica Salvinii, et Gallica Jourdani altera Viennæ 1793. cum Italica tantum Salvinii interpretatione. —— Cf. Loc. Præfat. ——

virorum ingenium in emaculanda Epheſii fabula laudibus extulerim, illud oratione commendare, quod re ipſa nonnullis videri posſit inutile. Illud ipſum, Auditores, ſæpe mihi in mentem venit, itaque quod reſpondeam habeo. ——

Fuit nimirum iſta veterum ſcriptorum calamitas, ut in avaras hominum ineptorum manus inciderint, qui deſcribendis MSS. magnam ſæpe pecuniam facientes, ut majorem facerent, uni celeritati erant intenti, nulla cæterum diligentia nec ſtudio uſi. Adhuc tamen eorum fortunas laudaremus, ſi eo iſta barbaries conſtitisſet. Nam, ut errores ab imprudentia omittam, multa, ut ſapere ſibi videbantur, delerunt, adjecerunt, mutarunt. Unde factum eſt ut alius alio ſit magis corruptus et inquinatus.

Hos, qui in arte critica ſtudium ponunt et induſtriam, aut MSS. auxilio, aut ſolis ingenii conjecturis correxerunt. Quis vero ex ingenti multitudine unum mihi det auctorem, quem omnino recte emendatum dicat? —— Imo altius hoc barbariæ colore infecti ſunt, quam ut a magno ſatis eruditorum numero elui prorſus posſint. —— His, ſi ea ad Xenophontem referamus, illud etiam accedit, quod unus tantum repertus ſit codex, ex quo fabula deſcripta eſt. Quod ſi hoc plures exſtarent, variæ ſine dubio esſent lectiones, unde ſæpe aliquid, quod placeat, efficias. Quid? quod Xenophon pro tempore, quo publici juris fuit, ſatis quidem multos, pro ſuavitate autem et elegantia, paucos nactus fuerit interpretes. ——

His, quamquam ſtrenue res geſta ſit, omnia tamen non potuerunt perfici, ſed nonnihil alienæ indu-

duſtriæ relictum eſt. Quod niſi iſtæ esſent cauſæ, quæ denuo edendum Xenophontem ſuaderent, vel hæc ſufficere posſit videri, quod inſignis exemplorum eſt paucitas et caritas. Quotus enim quisque eorum invenitur, qui literas Græcas animi cauſa interdum recolendas ſibi ſumunt, qui ita ſunt felices, ut Xenophontem habeant? —— Sæpe etiam illud apud animum cogitavi, Xenophontem patriæ noſtræ lumen debere et ſplendorem, ex quo alii ſuum accendentes, civibus eum ſuis legendum dederunt. —— Nos, qui in hoc ſaltem a majoribus non degeneravimus, nos hæc lentos posſe adſpicere, nec arbitrari, longius exteros nobis eminere, quam generoſi animi ferre aut posſint aut debeant? —

Equidem, Auditores, quum hæc mecum ſæpe perpendisſem, iſtum in me ſuſcipere laborem non defugi. Ac ne quis me juvenilis cujusdam levitatis aut temeritatis jure accuſet, omnem meam ſuſcepti operis rationem exponam.

Vos me de me ipſo dicentem ſolita veſtra humanitate patiameni. Biennio amplius eſt, poſtquam diu laudibus Xenophontis aures mihi perſonuerant, quum me ad illius lectionem contulerim. Continuo magnam inde percepi voluptatem, et hoc magis dolebam ſcriptorem venuſtum tam male acceptum ad nos pervenisſe. Utebar editione Londinenſi, nec de aliorum laboribus quidquam audieram, ne dum videram. Quare in eum auctorem incidisſe mihi videbar, qui ſtudium meum Græcarum literarum unus omnium optime, hac præſertim ætate, exercere posſet.

Ipſa enim facilitas me incitabat, ſimplicitas perdu-

ducebat, jucunda varietas tenebat. Itaque quantum per otium licebat, nullo fere die eum de manibus depoſui. Xenophon me delectabat domi, Xenophon non impediebat foris, Xenophon non ſemel mecum pernoctabatur. Illud nimirum agebam, ut quam fieri posſet maximam cum eo contraherem familiaritatem. Sic enim a viris doctisſimis acceperam, iſta veterum monumenta, quæ illuſtranda ſibi quis ſumat, penitus ei esſe pernoſcenda, et in ſuccum quaſi et ſanguinem convertenda. —— Quod quum perfecisſe mihi viderer, cum alios nonnullos, quos ab ætate illius non ita remotos, tum inprimis reliquos Eroticos (9) non ſine diligentia aliqua evolvi, et Xenophontem emendare et illuſtrare aggresſus ſum. —— Interim, ut fit, Hemſterhuſium aliosque, quos prædixi, in eodem opere verſatos cognovi. Horum videndorum quamvis incredibili flagrarem deſiderio, tamdiu tamen huic non ſatisfeci, quoad integrum aliquid elaborasſem.

Mox ſingulos nactus, magna ſpe, exſpectatione et metu evolvo. —— Dii boni! —— Plurima, quæ meæ cuidam induſtriæ tribuebam, ab illis jam occupata comperi. Qua ex re ſive lætitia, ſive triſtitia, ſive utraque totus perfundebar. Quid enim non lætarer, nec judicium meum, cui diffidere ſemper ſoleo, laudarem, quod in easdem ſæpisſime cum viris eruditisſimis incideram cogitationes? —— Contra habebam, quod dolerem; maxima enim labo-

(9) Tum inprimis reliquos Eroticos et ſq.] Omnium enim optime ex Erotico Eroticum posſe explicari, uſus me docuit.

boris pars interierat; ut adeo vim aliquam mihi ipſe inferre debuerim, ne animum demitterem. —

Tandem idem ſtudium, ſi quod antea fuit, in legendo et illuſtrando Xenophonte adhibui; quo ſi olim huic me aliquantum profuisſe periti rerum arbitri judicent, maximos laboris mei me percepisſe fructus arbitrabor, atque alacrior fiam, ad omne, quod ſuperſit vitæ tempus, in his literarum ſtudiis conſumendum. —

Sed longius me dicendo progresſum animadverte, quam volui, aut fortasſe etiam debui. Quis autem eſt Xenophon iſte, dicat quis, aut quæ tanta illius merita, quibus ſe cum aliis, tum tibi adeo commendavit, ut novam etiam editionem moliaris? Hæc quidem, Auditores, tot ac tanta ſunt, ut omnium eum Eroticorum Græcorum, qui ſuperſunt, magnis licet laudum teſtimoniis hominum eruditisſimorum ſint celebrati, appellare præſtantisſimum non verear. Quod ſi illud horum laboribus invicem comparandis oſtendere vellem, dies me citius quam oratio deficeret, et ad minora interdum delabi nonnullis videri posſem. Quare de ſolo Xenophonte afferre quædam ſatis habebo, atque illud efficere conabor, ut vos dignum eum judicetis, qui denuo edatur; ut ſic frequentius in eorum manibus verſari posſit, qui aut a ſeverioribus ſtudiis aut ab aliis negotiis honeſtum otium perſequuntur. —

Reliquit quinque (10) de amoribus Anthiæ et Ha-

(10) Reliquit quinque et ſq.] Suidas quidem, Ξενοφων Ἐφεσιος ἱςορικος. Ἐφεσιακα. ἐςι δε ἐρωτικα βιβλια ι et ſq. in quibus et de urbe Epheſo eum ſcripſisſe ait. Pro ι autem ε legunt v. d. Non

Habrocomis libros. Altera adeo erat formoſa, ut non Epheſias tantum puellas, [Epheſum autem uterque ſolum habebat natale] longe poſt ſe intervallo relinqueret, verum etiam omnibus iſtius regionis præſtaret, imo ad Deam proxime accederet. Alter, ut juvenis, pari erat forma et honore. Digni igitur qui matrimonio inter ſe conjungerentur. Quo inito, forte moniti, ut ſibi videbantur, peregre aliquamdiu iter fecerunt. Hic cum multis iisque gravisſimis calamitatibus iis fuit luctandum, nec induci tamen potuerunt, ut fidem de ſervando amore et caſtitate datam, fallerent. Tandem poſt infinitos errores et præſentia vitæ pericula, non ſine numine aliquo ſibi obviam facti, anteäctarum miſeriarum memoriam præſentis fortunæ cogitatione et fructu delerunt, ſeque Epheſum receperunt. —

In his enarrandis auctor nativa quadam ſimplicitate nec adſcita gravitate uſus eſt. Nullæ in eo ſunt argutiæ, nulla acumina iſta rhetorica, nihil denique iſtius orationis, in qua rerum tumor et vanisſimus verborum ſtrepitus regnant, qua ſerioris ætatis ſcriptores tantopere delectabantur. Deprehendas præterea hic cum Hemſterhuſio moris antiqui veſtigia quædam non facile obvia. Laudandum et illud recte cenſet Locella, quod interdum brevitate narrationis facti celeritatem quaſi adumbrare ſtudet. Ipſa Græcitas proba eſt, ſed, ut ita di-

Non immerito forte ſtatuas, numerum denarium esſe ſervandum; ut præter hæc de Habr. et Anth. amatoria, alii quinque libri de urbe Epheſo, rebusque inprimis amatoriis ibi geſtis, egerint. —

dicam, Erotica. Obſervasſe enim mihi videor iſtos ſcriptores propriam quandam ſcribendi rationem habere; quæ recedit quidem aliquantum ab aurea ætatis gravitate, elegans, tamen eſt, ſimplex, et facilis, omninoque cognitu digna (11) illis, qui Græcis literis ſtudent.

Iis vero, qui honeſtæ remisſionis loco Græca interdum legunt, facile dicendi genus non minus placiturum arbitror. —— Sed ſit ſane Xenophon iſte ſuavis et elegans ſcriptor, argumentum certe, ut omnino fictum, ſic tenue et exile his præſertim temporibus videtur, nec adeo dignum in quo legendo alicujus induſtria verſetur. —— An vero et illi laus tribui poteſt ſervatæ verecundiæ, nec ea uſus eſt interdum licentia, a qua recti ingenii viros, ne dicam juvenes, alienos esſe oportet? —— Equidem, Auditores, quod ad argumentum attinet, hanc fabulam magis ex ſe ipſa, atque adeo ex iſtis temporibus, quam ex aliarum, earumque recentiorum contentione cognoſcendam intelligendamque arbitror. Quod ſi enim cum præſtantisſimis hujus ætatis monumentis compararetur, multis eum nominibus inferiorem agnoſcerem. Injuſte tamen ſic cum Græco agi, quis neget? ——

De veritate (12) dicere nec posſum, nec quidquam

(11) Omninoque cognitu digna et ſq.] Hinc fuit quum cogitarem, non inutilem ſuſcepturum aliquem operam, qui Lexicon aliquod Eroticum conficeret.

(12) De veritate et ſq.] Verisſime quidem Horatius:

Ficta voluptatis cauſa ſint proxima veris. ——

Eroticis Græcis tamen hic aliquid donandum videtur. — Quamquam Burmanno cavisſe ſibi videtur Xenophon, ne, veroſimilia

quam refert Quis hanc in noſtris ejusmodi libellis quæſivit? Planum enim cuivis eſt et apertum, a ſcriptoribus utilitatem legentium et voluptatem cenſeri, veritatis cæterum ſecuris. Quamquam quæ fabula tam incredibilis [modo ne ſit referta miraculis, quæ rerum naturæ repugnant] excogitata eſt, quæ in hominum vita, plena illa variorum caſuum et vicisſitudinum acta non ſit, aut agi non posſit? Hoc itaque Xenophonti detrahi inique non fero; adſit enim, nec ne, parum addit commendationis. Igitur ne illud quod non habeat, quæramus, quæ autem habeat, negligamus. —— Eſt vero hæc quædam illius, ut jam diximus ſuavitas et ſimplicitas, qua quis non magis delectari ſolet, quam inani verborum ſtrepitu, quem ſublimitatem nonnulli vocant? —— Quodſi etiam gratum eſt et jucundum, artis alicujus initia incrementa et perfectionem cognoſcere, unde melius fabularum Romanenſium, ut hoc utar, pueritiam quam ab ipſo Xenophonte noscas, video neminem. —— Iſta quidem ſimplicitas adeo omnibus placuit, ut longe plurimi ſuo eum quique ſermone reddiderint, alii etiam imitando expresſerint. Itali ſua cum civitate donarunt, Angli ſuum fecerunt, Galli ſibi vindicarunt, Germani denique

lia narrans, prodigiis et miraculis omnem fidem amitteret; longe melius quam cæteri hujus argumenti ſcriptores. —— Cæterum nec ii videntur mihi audiendi, qui, quæ Heliodorus ſcripſit, vera plurimum crediderunt. Pulchre Aphtonius Progym. C. III. διηγημα ἐϛιν ἐκθεσις πραγματος γεγονοτος, ἢ ὡς γεγονοτος. —— Quare et Vosſius Cap. VII. Art. Hiſt. fabulas has appellat *quaſi veras*. —— Quod immerito *argutiam non neceſſariam* nominat Heuman. T. III. Poccil. pag. 432. ——

nique eodem illum honore dignum judicarunt. Deinde et Abbas ille Barthelemius, cujus profecto ingenium omnes, ut par eft, magni facimus, Græcas has fabulas, et inprimis Xenophonteam in Charita et Polydoro (13) fuo fecutus eft. ——

De obfcoenitate aut lafcivia, ea in Xenophonte aut nulla eft aut exigua, neque in probi hominis animo plura relinquet veftigia quam cymba in fluvio. ——

Vetus ifta eft et multorum fermonibus trita querela, plurimos fcriptores ea in dicendo ufos licentia, a qua nos quam longisfime remotos esfe decet et alienos. —— Non is ego fum, qui, quam ipfa nobis Natura impofuit verecundiam, in oratione negligendam esfe cenfeo. Imo illud Stoicis potius aut Cynicis relinquo, ut nihil obfcoenum, nihil turpe dictu arbitrentur, quod facere fit honeftum. Amo et femper amabo iftam Platonis verecundiam, a qua nec Xenophon nec plures alii recesfisfe mihi videntur; quorum iniqui nimis funt judices, qui et mores, et, quod iis formatur, liberum aut feverum fcribendi genus, ad fuum referunt; neque cogitant, in fermone etiam alia aliis honefta duci et turpia, atque hæc publica tantum opinione, non communibus certisque legibus judicari. ——

Hæc habui, Auditores, quæ de Xenophonte Ephefio potisfimum dicerem; digno certe qui honeftæ remis-

(13) Charita et Polydoro.] Libri titulus eft. *De gevallen van Charita en Polydorus. Na het Griekfche handfchrift in het Fransch vertaald, en daaruit in het Nederduitsch overgebragt. Amft.* 1782. *in 8vo.* —— Audii et aliam exftare editionem forma, quam vocant duodecima.

misfionis loco legatur, idque ut facilius fiat, denuo edatur.

Hoc cives olim noftri, ingenio et doctrina excellentes, fuere delectati. Hoc etiamnum plurimos delectari fcio. Qui, fi fua, quibus Xenophontem emendarunt aut illuftrarunt, mecum communicare vellent, quantum illi lumen accederet, quantus mihi animus et fiducia ad ea, quæ habeo affecta, perficienda.

Sed et temporis ratio, et vos, Juvenes optimi, flagitatis, ut ad ea tranfeamus, quæ nunc hujus diei funt propria. Xenophon Ephefius, ut audiftis ea fcripfit lingua, quæ quotidie me docentem, vos difcentes tenet occupatos; idque omnium cum voluptate, veftra etiam cum utilitate. Quantopere vos hujus linguæ fuavitas afficiat, ex difcendi veftra aviditate laborisque asfiduitate perfpexi. Brevi, Juvenes optimi et diligentisfimi, id, quod vobis fæpe jam dixi fentietis, nifi jam fentire coepiftis, Græcum fermonem esfe facillimum, et plures ab hoc difcendo aliorum clamoribus, quam ufu et exercitatione deterreri. Quare fic pergite. Et, fi vos novi, pergetis. Utilitas quidem, ne de voluptate dicam, quam hinc olim percipietis eft talis, ut, cuicunque vos vitæ generi dedatis, harum literarum fcientia vobis fit commodo, honori, et ornamento. ——

DIXI.

SPECIMEN OBSERVATIONUM IN XENOPHONTEM EPHESIUM.

Pag. 1. Ἠν ἐν Ἐφεσω ἀνηρ των τα πρωτα ἐκει δυναμενων, Λυκομηδης ὀνομα. τουτω τω Λυκομηδει ἐκ γυναικος ἐπιχωριας Θεμιϛους γινεται παις Ἀβροκομης, μεγα δη τι χρημα, ὡραιοτητι σώματος ὑπερβαλλουση, καλλους, ὀυτε ἐν Ἰωνια, ὀυτε ἐν ἀλλη γη προτερον γενομενου.] Alii hæc alia ratione tentarunt, in eo convenientes χρημα καλλους esse jungenda. Sunt etiam qui ὡραιοτητι σωματος ὑπερβαλλουση, ut glossam, ejicienda arbitrantur. Ego cogitavi, an locus transpositione et levi mutatione sic juvari posset. τουτω τω Λυκομηδει, ἐκ γυναικος ἐπιχωριας Θεμιϛους, ὡραιοτητι σωματος ὑπερβαλλουσης, γινεται παις Ἀβροκομης, μεγα δη τι χρημα καλλους, κ. τ. λ. Idque ut facerem et hoc mihi persuasit, quod ita pulchra mater pulchro juveni laudi duceretur. Notum est illud Horatianum.

O pulchra matre filia pulchrior!

Add. Long. III. Pastor. —— καλη δε, ὡς ἐκ μητρος καλης. et Aristænetus L. II. Ep. I. καλου παιδος καλη μητηρ. et Lucian. in Alcyon. καλου πατρος καλον ὑιον. Quod ad μεγα τι χρημα καλλους, est hæc elegans et multis explicata loquendi ratio. Utuntur pro eo et Græci μεγα τι καλλος. Emendandus est h. l. Conon in Narrat. Cap. VII. Φιλαμμων παις Φιλωνιδος, ὑποφυης το καλλος ἐγενετο. Leg. autem ὑπερφυες τι καλλος ἐγενετο. Galeus jam emendarat ὑπερφυης. ut et Verheyk. ad Anton. Liberal. Cap. VIII. Cf. Helodor. I. Aeth. κορη καθηςο ἐπι πετρας, ἀμηχανον τι καλλος. et Lib. II. καὶ δεικνυσι κορην, ἀμηχανον τι και δαιμονιον καλλος. et Anton. Liberal. Cap. XVII. ἐπει δε ηὐξετο ἡ κορη, και ἐγενετο ἀφανον τι καλλος. —— Ut alia hujus generis mittam.

Pag. 2. Ἐρωτα γε μην ὀυδε ἐνομιζεν ἐιναι θεον, ἀλλα παντη ἐξεβαλεν, ὡς ὀυδεν ἡγουμενος, λεγων, ὡς ὀυκ ἀν πο-

τε ὀυτις ἐρασθειη ὀυδε ὑποταγειη τω θεω, μη θελων.] Amorem ne pro Deo quidem habebat. Quod et alii interdum faciebant. Tibull. II. 4. 37.

Hinc fletus rixæque sonant. Hæc denique causa
Fecit ut infamis nec Deus esset Amor.

Ut quidem eleganter h. l. pro *hic Deus* correxit Henricus Waardenburg, quem, quum Harlemi docerem, communis literarum amor mihi devinxit. Est autem ista emendatio in Prolusione quadam Lingensi. Egregie Propert. II. 22. ubi Amores de se.

Intereat qui nos non putat esse Deos. Diversa ratione Euripides Hippol. vs. 359. Κυπρις ὀυκ ἀρ' ἠν θεος. ——

Deinde Habrocomas amorem παντη ἐξεβαλεν. *contemptum rejecit, et quasi exsibilavit;* notione a theatro petita. Sophocl. Oedip. Colon. 628.

—— ὀυποτ' ἐκβαλω χαριν — την τουδε. Ubi Schol. καταφρονω. Sextus Empiric. Pyrrhon. Hypot. L. III. παρ' ἑτεροις δε ὡς τυραννικον τουτο ἐκβεβληται. Cf. Perizon. ad Aelian. V. H II. 24. et XIII. 17. —— Denique addit *se invitum nunquam amori velle succumbere.* Ut vero sic locus accipiatur malim legere. ὡς ὀυκ ἀν ποτε ὀυδε ἐρασθειη ὀυδε et sq.

Pag. 2. ὁπου γαρ Ἀβροκομης ὀφθειη, ὀυτε ἀγαλμα κατεφαινετο, ὀυτε ἐικων ἐπῃνειτο.] Int. *Ubi enim Habrocomas conspiciebatur, nulla sive sculpta sive picta effigies conspicua erat vel laudabatur.* —— Ad meum sensum multo elegantius legeretur —— ὡστε ἀγαλμα κατεφαινετο, ὡστε ἐικων ἐπῃνειτο. *Velut statua apparebat*, id est, *statuam se videre omnes putabant.* Sic Achil. Tat. V. p. 303. ὡϛε ἀν ἰδαν ἀυτην ἐιποις ἀγαλμα. Heliodor. II. Aethiop. ὁπου δη φαινομενη ναων, ἡ δρομων, ἡ ἀγορων, καθαπερ ἀρχετυπον ἀγαλμα, πασαν ὀψιν ἐφ' ἑαυτον ἐπιϛρεφει. Appulej. L. IV. Met. 85. — 27. *Mirantur quidem divinam speciem, sed ut simulacrum fabre politum mirantur omnes.*

Hoc loco et uſus eſt Dorv. ad Charit. p. 12. explicandum illud Theocriteum,

'Αλλ' ὡς ἀγαλμ' ἐσεῖδον. ——

Quod ad verbum καταφαινεσθαι, pro *conſpicuum esſe, apparere*, hoc Locella alibi ſe legere non meminit. Miror. Nam ipſe Xenophon. pag. 15. κατεφαινετο δε ἡ 'Ροδιων νησος. Quod ipſe vertit. *Datque ſe in conſpectum.* —— Et Theocrit. Eidyll. VII. vs. 11.

—— —— ὀυδε το σαμα

'Αμιν τω Βρασιδα κατεφαινετο. Ne alia memorem. ——

Pag. 2. 'Εξοπλισας ὀυν ἑαυτον, και πασαν δυναμιν ἐρωτικαν φαρμακων περιβαλομενος ἐςρατευεν ἐφ' 'Αβροκομην.] Amor hic ςρατιωτης, qualis Achill. Tatio dicitur, depingitur. Sic ap. Eurip. Hipp. vs. 527. —— ἐρως ὀυς ἐπιςρατευση. et Ariſtæn. II. Ep. I. ὀισθα δε ὁσον ἐρως ἀντιςρατευειν τοις ὑπερηφανουσι φιλει. —— Et quoniam Habrocomes δυσαλωτος, ideo δυναμιν ἐρωτικων φαρμακων περιβεβληκε. Sic et Lucian. Dial. Meretr. p. 282. δυναμιν περιβαλομενοι. et Maxim. Tyr. Disſert. VII. ἐν ἀρχουση τη πολει, την δυναμιν ἀρχαιαν περιβεβλημενην. ——

Pag. 2. 'Ηγετο δε της 'Αρτεμιδος ἐπιχωριος ἑορτη. ἀπο της πολεως ἐπι το ἱερον ςαδιοι δε ἐισιν ἑπτα· ἐδει δε πομπευειν πάσας τας ἐπιχωριους παρθενους et ſq.] Legendum conjeceram. ἀπο της πολεως ἐπι το ἱερον ςαδιοι ἐισιν ἑπτα. ἐνθα δε ἐδει et ſq. —— ἐνθα ex ἑπτα feci, alterum ἑπτα una litera fuisſe indicatum, atque inde δε profluxisſe credens. Feſti autem hujus diei nemo alius veterum meminit, inquit Locella. Mihi in Eroticis omnia ad vivum non reſecanda videntur. Exſtitisſe aliquod tale feſtum Athenis, ex Schol. Theocriti liquet. ad Eidyll. II. vs. 66. ἐιωθασι γαρ, inquit, τη 'Αρτεμιδι κανηφορειν [videsne Xenophontem in ſq. etiam κανα memorare?] ἀι μελλουσαι γαμεισθαι, ἐπι ἀφοσιωσει της παρθενιας, ἱνα μη νεμεσηθωσιν ὑπ' ἀυτης. τα δε μυςηρια ταυτα 'Αθηνησι πολιτευονται. ἐκανηφορουν δε τη 'Αρ-

τε-

τεμιδι ἀι ὡραν ἐχουσαι γαμου. —— Conſuerant itaque virgines nupturæ in ſolemni pompa caniſtra geſtare, et Deam ἀει παρθενον precari, ne ſuccenſeret ideo quod virginitatem esſent amisſuræ.

Hujus ritus meminere et Natal. Comes Mythol. L. III. C. 18. et Spanhem. ad Callim Hymn. Dian. p. 127. —— Sed hæc Athenis facta. —— Itaque Epheſum tranſtulit Xenophon. Feſto enim illi opus erat. Ab hoc mutuum amorem repetere ſolent Erotici.

Elegantisſime ait Muſæus pariter et verisſime. Juvenes φιλοπαρθενοι

'Ου τοσον ἀθανατων ἀγεμεν σπευδουσι θυηλας,

'Οσσον ἀγειρομενων δια καλλεα παρθενιαων. ——

Quamquam Xenophon etiam progresſus eſt ulterius. Juvenes enim non ut ſpectatores hujus feſti, ſed ut actores cum puellis, addidit, qui pompæ ornatu ſoluto puellarum amorem ambibant. —— Quod in antiquo more etiam mutatum ab illo credam. Quippe ſolis virginibus antiquitus templum Dianæ Epheſiæ patebat. At ille etiam ἀνδρας, γυναικας, και πληθος immiſit. —— Moris autem à Xenophonte traditi, præter Alexandr. ab Alexand. et L. Gyrald., meminit etiam Gulielmus du Choul in Relig. Vet. Roman. p. 70. —

„ Feſto die Dianæ juvenes omnes prima florente juventa „ ac teneræ virgines et domicellæ regionis, nobiliter veſtitæ, templum illud cum pompa viſitabant, ut magna „ ſolemnitate Diæ feſtum celebrarent. Et frequenter hi „ juvenes et juvenculæ inter ſe matrimonia inibant." —— Quem etiam ſua ex Politiano, ut de illis ſuſpicatur Locella, arbitror. —— Sed quoniam de feſtis orta ſit oratio, et Heliodorus enarret nobis pompam Theſſalicam, quæ huic Epheſiæ adeo fuit ſimilis, ut ubique perſpiciatur imitatio, lectori non ingratum me facturum credo, ſi aliquam inſtituam comparationem, ex qua Heliodorum longum et eloquentiæ oſtentatorem, Xenophontem autem brevem et con-

cin-

cinnum agnoſcamus. Poſtquam Heliodorus de Hecatombe, et hanc ducentibus ſacerdotibus egerat, ſic pergit. —— [Locus eſt a libro inde ſecundo.] ——

Ταυτας τας ἀγελας και τους ἀνδρας τους βοηλατας κοραι Θετταλαι διεδεχοντο, καλλιζωνοι τε και βαθυζωνοι, και την κομην ἀνετοι. διηρρηντο τε ἐις δυο χορους. και ἁι μεν ἐφερον καλαθισκους, ὁ πρωτος χορος, ἀνθεων τε και ὀπωρων πληρεις. ἁι δε κανα πεμματων τε και θυμιαματων κανηφορουσαι, τον τοπον ἐυωδιας κατεπνεον. Audi jam Xenophontem. παρηεσαν δε κατα ςιχον ὁι πομπευοντες. πρωτα μεν τα ἱερεια [ſic quidem pro ἱερα legendum cenſeo] και δαδες, και κανα, και θυμιαματα. Deinde virgines, ἑκαςη δε ἀυτων ὡς προς ἐραςην ἐκεκοσμητο. ——

Laudat deinde Heliodorus Theagenem et Charicleam, ut Xenophon Habrocomem et Anthiam. Utriusque juvenes et puellæ omnium ora atque oculos in ſe convertunt. Theagenes Chariclea, Habrocomes Anthia conſpecta, amore corripiuntur. —— Heliodorus, Charicleam ὡς ἰδεν, τοτε ἐτι και Θεαγενην ἡττηθηναι ποτε δυνατον ἐγνωμεν. Xenophon. ἡτταται δε ὑπο ἐρατος Ἁβροκομης. Chariclеæ formam, et inprimis comam, multis laudat Heliodorus. ἡ κομη δε ὀυτε παντη διαπλοκος, ὀυτε ἀσυνδετος, ἀλλ᾽ ἡ μεν πολλη και ὑπαυχενιος ὠμοις τε και νωτοις ἐπεκυμαινε. Partem vero comæ rami laurei διαδεοντες, και σοβειν ταις ἀυραις ἐξω του πρεποντος ὀυκ ἐφιεντες. —— Breviter eadem ſic extulit Xenophon. κομη ξανθη. ἡ πολλη καθειμενη. ὀλιγη πεπλεγμενη. προς την των ἀνεμων φοραν κινουμενη. Recte comam a colore flavo tantum laudavit; quippe qui maximæ ducebatur pulchritudini. At hoc Heliodoro non ſuffecit. Itaque ῥοδοειδη τε και ἡλιωσαν vocavit. —— Chariclea ἐφερε τη λαια μεν το τοξον ἐπιχρυσον, ὑπερ ὠμον τον δεξιον της φαρετρας ἀπηρτημενης. τη θατερα δε λαμπαδιον ἡμμενον. Anthiæ erant ὁπλα, γωρυτος ἀνημμενος, τοξα, ἀκοντες. — Deinde poſtquam amantes denuo ſe invicem conſpiciebant, ὀφθαλ-

μους ἀτενεις ἐπι πολυ κατ᾽ ἀλληλων πηξαντες, Theagenes ὀψε ποτε και ὥσπερ βιαιως της κορης ἀποσπωμενος abibat. Quo facto ἐλελυτο ἡ πομπη. Xenophon. και ὁ της πομπης κοσμος ἐλελυτο. ἐνθαυτα ὁρωσιν ἀλληλους. Et Habrocomes ἀπαλλαγηναι της ὀψεως ἐθελων ὀυκ ἠδυνατο. —— Hæc ſelegisſe ſufficiat. ——

Pag. 3. πρωτα μεν τα ἱερα, και δαδες, και κανα, και θυμιαματα. ἐπι τουτοις ἱπποι και κυνες. και σκευη κυνηγετικα, τα μεν πολεμικα, τα δε πλειςα ἐιρηνικα. ἑκαςη δε ἀυτων ὡς προς ἐραςην ἐκεκοσμητο.] Primum quidem pro ἱερα malim ἱερεια victimæ. —— Locella vertit *quæ ad ſacra pertinebant*. Victimas deinde in hac pompa non fuisſe deductas ex ejus deſcriptione non colligi posſe, ſtatuit. —— Mihi aliter videtur, neque illud opus esſe credo. Quamquam pag. 4. θυσοντες ἁπαν το πληθος in templum venisſe dicitur. Itaque in iſta θυσια etiam victimæ esſe potuerunt, quas certi homines immolaverint. Heliodorus l. l. etiam βοων ἀγελας pompæ ſuæ ordinem duxisſe narrat. Quid? quod olim mos obtinuit, ut virgines ad Dianam placandam, juvencas ei immolarent, idque ante nuptias. Eurip. Iphig. in Aul. vs. 1113.

Μοσχοι τε, προ γαμων ἁς θεα πεσειν χρεων.

Quare et in ſq. Anthia et Habrocomes quum matrimonium inirent, ἱερεια πολλα ἐθυετο τη θεω. i. e. *Dianæ*. —— Quod ad σκευη ἐιρηνικα, hæc arbitror ἀρκυς και λινα θηρατικα esſe, et πολεμικα v. g. *arcus*, *venabula*. —— Utraque conjunxit Virg. IV. Æn. 131.

Retia rara, plagæ, lato venabulo ferro.

Quæ in Xenoph. ſequuntur ἑκαςη δε ἀυτων, non eſt quo referas. Forte excidit. ἐιτα παρθενοι. ἑκαςη δε et ſq. Ita ſolent Græci. v. g. Charit. I. p. 10. in deſcriptione funeris. πρωτον μεν —— μετα τουτους —— ἐιτα. et Lucian. in Timone. ἐιτα —— ἐπι τουτοις —— και το τελευταιον. —— Porro legimus apud Xenoph. ἑκαςη δε ἀυτων ὡς προς ἐρα-

ςην

σην ἐκεκοσμητο. Quæ loquendi ratio elegans, nemini tamen Latinorum interpretum percepta. Locella, Politianum et Cochium ſecutus, dedit. *Virginum ſe quæque velut ad amatoris oculos exornaverat.* Equidem Græca hæc notare arbitror. *Virginum ſe quæque ita exornaverat, ut quæ ad amatorem esſet itura.* Optime enim noverant morem patrium, *γυναικας* ſcilicet in *πανηγυρει* iſta *ἐυρισκεσθαι τοις ἐφηβοις*, ut antea dixit Xenophon. Cf. Charit. II. 29. *ἀλλα κοσμησας ἠρεμα το σωμα, ὡς ἀν ἐρωμενη μελλων ὁμιλειν* Apocalypſ. XXI. vs. 2. *ἡτοιμασμενην, ὡς νυμφην κεκοσμημενην τω ἀνδρι ἀυτης.* Appoſite Propert. I.

Nec minus Eois pectus radiare lapillis,
Ut formoſa novo quæ parat ire viro.

Denique Achill. Tatius L. IV. p. 245. *ἐκελευσε γαρ ἐυθυς ἀπαντας ἐν τοις ὁπλοις γενεσθαι, ὡς ἐπι τους βουκολους.* Plurima præterea exſtant exempla hujus ellipſios, qua *ἡκειν* et Sim. intelligitur, quam hic Locellam non vidisſe miror, quum in Annot. pag. 179. quædam de ea ex Hemſt. monuerit. Cf. Dorv. ad Charit. pag. 760. et Leisneri Præfat. libelli Bosſiani de Ellipſ. Græc. ——

Pag. 3. Κομη *ξανθη. ἡ πολλη καθειμενη, ὀλιγη πεπλεγμενη, προς την των ἀνεμων φοραν κινουμενη. ὀφθαλμοι γοργοι. φαιδροι μεν ὡς κορης, φοβεροι δε σωφρονος.*] Ante *ὀλιγη* articulum *ἡ* cum Tresling. et Loc. non deſidero. Si quid mutandum esſet, legerem. *ἡς πολλη* et ſq. Eadem ap. Maxim. Tyr. Disſent. IV. *ὁτι πολλη μεν της ὁδου ἡ τραχεια ὀλιγη δε ἐυπετης.* Eadem ratione Heliodor. III. pag. 138. *ἀλλ' ἡ μεν πολλη* [*κομη*] *ὡμοις τε και νωτοις ἐπεκυμαινε. την δε* et ſq. — Convenit Anacreon Od. XXVIII.

ἑλικας δ' ἐλευθερους μοι
πλοκαμων, ἀτακτα συνθεις,
ἀφες ὡς θελωσι κεισθαι. ——

Cum *ὀφθαλμοι γοργοι* et ſq. comparo Nosſidis Epigramma.

Θαυ-

Θαυμαρετας μορφαν ὁ πιναξ ἐχει. ἐυγε το γαυρον
Τευξε, τοδ' ὡραιον της ἀγανοβλεφαρου. ——

Claudian. Conſ. Prob. et Olybr. vs. 91.

Miſcetur decori virtus, pulcherque ſevero
Armatur terrore pudor.

Stat. Silv. II. VII. *Blandique ſevero — igne oculi.* Quod ap. Ammian. Marcellin. L. XV. *oculi venuſtate terribiles.* Plutarch. Vit. Demetrii. *το γαρ* [*προσωπον*] *ἀυτω χαριν και βαρος, και φοβον, και ὡραν ἐιχε.* Q. l. ad Alciphr. p. 197. adduxit Bergler. cujus de eodem Demetrio hæc ſunt verba. *ἰιον δε και βλεπεις ποτε, ὡς μικρον και πολεμικον.* Pro *μικρον* legit ille *φρικτον.* Mihi dudum *πικρον* in mentem venerat, quod tamen etiam ab aliis occupatum dein vidi. Cf. Dorv. ad Charit. pag. 467. et alibi. ——

Pag. 3. *Ἐσθης, χιτων ἀλουργης, ζωστος ἐις γονυ, μεχρι βραχιονων καθειμενος, νεβρις περικειμενη, γωρυτος ἀνημμενος, τοξα, ὁπλα, ἀκοντες φερομενοι, κυνες ἑπομενοι.*] Hæc ſic tranſponenda mihi videntur. *ὁπλα* [*arma illius erant*] *γωρυτος ἀνημμενος, τοξα, ἀκοντες* et ſq. Et ſic priori hujus ſectionis parti melius reſpondet. Male me judice interpretes. *Arma et haſtilia ferebat.* Sæpius talis brevitas fraudi aliis fuit. Achill. Tat. L. II. pag. 99. *τα θυμιαματα, κασσια και λιβανωτος και κροκος. τα ἀνθη, ναρκισσοι, και ῥοδα, και μυρριναι.* Heliodor. pag. 54. *ἀλλ', ὡσπερ θανατω, τω κακω, βεβλημενην, και ψυχης, του Θεαγενους ἀφηρημενην.* *Sed malo iſto, velut morte percusſam* et ſq. Interpres autem dedit, *mala morte.* Quum tamen ita frequenter Græci. Id. Heliodor. in ſq. *ὡσπερ ἀρκυσι τοις πολεμιοις κυκλωμενος.* et Plutarch. Vit. Ciceron. *καθαπερ ἐις πελαγος ἀφανες την πολιν ἐμπεσων ὁ περι ἀυτου λογος.* ——

Pag. 3. *πολλακις ἀυτην ἐπι του τεμενους ἰδοντες Ἐφεσιοι προσεκυνησαν ὡς Ἀρτεμιν. και τοτ' ὀυν ἀνεβοησε το πληθος. και ἠσαν ποικιλαι παρα των θεωμενων φωναι. των*

μεν

μεν ὑπ' ἐκπληξεως την θεον ἑιναι λεγοντων, των δε ἀλλην τινα, ὑπο της θεου περιπεποιημενην.] *Anthia, cujus vestitum ad Dianæ imaginem composuit Xenophon, si in luco Dianæ conspiceretur, ut sæpe conspiciebatur, pro Dea venatrice habita est. Nunc etiam quum in publica pompa ad templum incedentem eam viderent* et sq. Ita mihi elegantius et verius videtur *τεμενος* pro *luco* quam pro *templo* h. l. accipere. *Templum* aliis locis *ἱερον* appellatur. Et recte *lucum* reddidit Cochius, in contraria eunte Locella, quod apud Livium et alios legatur *fanum* Dianæ Ephesiæ. — At *lucum* fuisse etiam legitur ap. Achillem Tatium. Deinde *τεμενος* est idem quod *ἀλσος*. Theocrit. Eid. II. 66.

'Ηνθ' ἁ τω 'Υβουλοιο κανηφορος ἀμμιν 'Αναξω
'Αλσος ἐπ' 'Αρτεμιδος. ——

Schol. *ἐις το ἀλσος της* 'Αρτεμιδος — *ἠγουν ἐις το τεμενος της* 'Αρτεμιδος, *ἐις τον ἀνατεθειμενον ἀυτη τοπον.* Scholiastæ Homeri solent interpretari per *παν ἱερον χωριον ἀφωρισμενον θεω κατα τιμην.* Cf. ad Il. B. vs. 695. Θ. vs. 48.

'Ιδην δ' ἱκανε πολυ πιδακα, μητερα μηλων
Γαργαρον ἐνθα δε ὁι τεμενος βωμος τε θυηεις.

Quod Virgilio alicubi est *lucus et ara.* —— Cf. Interpretes ad Aeliani V. H. L. VI. Cap. 1. *τεμενη δε ἀνηκαν τη* 'Αθηνα. —— Sæpe autem illud accidit ut qui forma aut aliis ornamentis excellerent, pro diis a plebe haberentur. Eunap. Vit. Proceres. p. 115. *ὁι δε θεον ἐφασαν. ὁι δ'* 'Ερμου *λογιου τυπον.* —— Et alibi. *και προσειχον ὡσπερ ἀυτοκλητω και ἀνευ τινος πραγματειας ἐπιφανεντι θεω.* —— Qui locus valde appositus est ad Xenophonteum pag. 1. —— *και προσειχον ὡς θεω τω μειρακιω.* —— Homerus jam dixerat.

Τυν νυν ἰσα θεω 'Ιθακησιοι ἐισορωσι. ——

In Eroticis plurima exstant exempla. Putabant et hic aut ipsam esse Dianam, aut virginem aliquam, cujus formam Dea assumserat. Opinio jam ab Homero inde deducta, multorum scriptis celebrata. 'Ουκ *ἀκουσας*, inquit Charit. L. II. p. 26., *ὀυδε* 'Ομηρου *ἡμας διδασκοντος*,

Και γε θεοι ξεινοισιν ἐοικοτες ἀλλοδαποισιν
'Ανθρωπων ὑβριν τε και ἐυνομιην ἐφορωσιν.

Heliodor. III. p. 152. *θεοι και δαιμονες ἐπιφοιτωντες τε ἐις ἡμας και ἀποφοιτωντες ἐις ἀλλο μεν ζωον ἐπελαχιςον, ἐις ἀνθρωπους δε ἐπιπλειςον ἑαυτους ἐιδοποιουσι.* Id. Lib. VIII. *ἐιτε* Καλασιρις *ἠν, ἐιτε θεος ἐις* Καλασιριν *φαινομενος.* Cf. Homer. Il. Γ. vs. 386. Odyss. A. vs. 105. Virgil. Æn. VIII. 415. Ovid. III. Metam. vs. 273. —— ut alios prætercam. De hac itaque re constat. Vellem idem de *περιπεποιημενην* dici posset. Alii aliam vocem excogitarunt. Mihi, ut vere dicam, nondum liquet. Illud autem liquet verbum requiri, quo, quod supra diximus exprimatur, quod alii per *ὑποδυναι θεαν τινος, ἐικαζεσαι τινι*, et alia ratione significarunt.

Pag. 4. *διεκειτο δε και* 'Ανθια *πονηρως. ὁλοις μεν και ἀναπεπταμενοις τοις ὀφθαλμοις το* 'Αβροκομου *ἐισρεον καλλος δεχομενη.*] Delectatur Xenophon forma *πονηρως διακεισθαι.* Utuntur et alii Erotici. Plato etiam in Conviv. — *ἐι μη ἐννοεις ὡς δεινως διακεινται ἐρωτι του ὀνομαςοι γεγεσθαι.* Illud *δεινως* omnino non in *δεινω* mutandum cum Jacobo Tollio ad Orationem Cicer. pro Archia pag. 82. — Quod ad *ἐισρεον δι' ὀφθαλμων καλλος*, multa similia laudarunt Interpretes. Ego Longi emendandi occasionem arripiam. Ita ille Pastor. pag. 28. —— *ἡ μεν γαρ γυμνον ὁρωσα* Δαφνιν *ἐπανθουν ἐνεπιπτε το καλλος, μηδεν ἀυτου μερος μεμψασθαι δυναμενη.* —— Enimvero legendum videtur *ἐνεπινε.* Illud *ἐνεπιπτε* vox nihili hic est. Sic Eustath. L. III. p. 78. *ὀλην ἀυτην τοις ὀφθαλμοις μου κατεπινον.* ——

Pag. 5. *καλη παρθενος. τιδε; τοις σοις ὀφθαλμοις,* 'Αβροκομη, *ἐυμορφος* 'Ανθια; *'αλλ' ἐαν θελης ὀυχι σοι.*] Ita h. l. eleganter edidit Locella, secutus Cod. Flor. Ego, antequam hunc interpretem viderem, sic cogitaram. Καλη

 παρ-

παρθενος. *Formosa est puella.* τι δε τοις σοις ὀφθαλμοις Ἁβροκομη, ἐυμορφος Ἀνθια. *Cur vero tuis oculis formosa est Anthia.* ἀλλ' ἐαν θελῃς, ὀυχι σοις. *At, velis modo, non tuis.* Id est, *alii sit formosa, non tibi.* Achill. Tat. L. VI. pag. 387. καλος ἐςω τῃ Μελιττῃ. Elegantissime Tibullus IV. 13.

Tu mihi sola places, nec jam, te præter, in urbe
Formosa est oculis ulla puella meis.
Atque utinam possis uni mihi bella videri!
Displiceas aliis, sic ego tutus ero. ——

Illud ἀλλ' ἐαν θελῃς, ὀυχι σοι [unde σοις feceram] ex Dorvillio ad Charit. hauseram. Hæc etiamsi bonum satis ordinem et sensum efficiant, nunc tamen cum Locella facio, cujus explicatio elegantior. *Formosa est puella. Sed oculis tantum suis. Utrumne tibi, id est, menti tuæ, quæ sola videt, id nimirum in tua positum est voluntate.* Notum est Epicharmi illud.

Νους ὁρα και νους ἀκουει, τ' ἀλλα κωφα και τυφλα.

Quo ad explicandos auctores cum alii, tum Schol. ad Aristoph. Plut. vs. 48. usus est. Cf. ibi T. H. —— Secundum eandem rationem ait Heliodorus II. p. 108. ἐπι πολυ τε τοις σωματος ὀφθαλμοις, τους της ψυχης ἀντιςησας, το τελευταιον ἡττηθεις. Ex hac Stoicorum disciplina profluxit etiam illud quod Xenophon pag. 26. scribit. ἐχουσιν ἐξουσιαν μου του σωματος, την δε ψυχην ἐλευθεραν ἐχω. Ubi forte melius et concinnius. της δε ψυχης ἐλευθεριαν ἐγω. — Ut de Lucretia Val. Maxim. L. 6. C. 1. *Hujus feminæ quid aliud quisquam quam corpus in potestatem hostium venisse dicat? Nam neque animus vinci, nec pudicitia capi potuit.* et Maxim. Tyr. Dissert. IX. ubi Socrates το μεν σωμα παρειχεν, την δε ψυχην ὀυ παρειχεν. Cf. Putman. Adversf. Jur. Univ. pag. 153. —— Sed hæc non hujus loci. —— Quod paulo ante dixerat Habrocomes, ὀυκ ἐσομαι καλλιων Ἐρωτος, illud in κρειττων recte mutari vult Hemst.

Hemst. —— Cui assentitur Locella. Nec damnare illud debuerat Abresch. Vindicat enim usus Eroticorum. Achill. Tat. I. p. 21. μη κρειττων ἐι του θεου. *Tune Apolline, qui amori succubuit, fortior?* —— Heliod. II. p. 107. γινεται δη κάμου κρειττων. —— Unde et in Xenophonte ita legendum dudum videram. ——

Pag. 6. ὀυκετι δε καρτερων, ῥιψας ἑαυτον ἐις γην, Νενικηκας, ἐιπεν, Ἐρως; μεγα σοι τροπαιον ἐγηγερται καθ' Ἁβροκομου του σωφρονος. Ικετην ἐχεις, ἀσωτον, σον, ἐπι σε καταπεφευγοτα, τον παντων δεσποτην.] ὀυ καρτερειν, ὀυ φερειν frequenter utuntur Erotici de iis, *qui amori resistere diutius non possunt.* In sq. nonnulla notabimus. Pro ἀσωτον Hemst. conjecerat σωσον τον et sq. Ego diu antequam hujus laborem videram, ἀνασωσον τον et sq. Nunc malim Ικετην ἐχεις ἀσωτον, *supplicem habes perditum* [Cf. Herald. ad Arnob. adv. Gent. pag. 273.] Ita se olim ille ἀνεραςος, jam vero amore victus, et ideo summopere indignatus, affectibusque indulgens, eleganter ipse appellat. Tale autem λογισμου και παθηματος certamen descripsere Charit. II. p. 28. et Achill. Tat. II. pag. 73. et Ovid. XIV. Met. a vs. 700. unde hæc notanda.

Viderat et totis perceperat ossibus ignes
Luctatusque diu, postquam ratione furorem
Vincere non potuit ——

et deinde,

Non tulit impatiens longi tormenta doloris
Iphis, et ante fores hæc verba novissima dixit.
Vincis Anaxarete! ——

Νενικηκας ἐρως, dixit Habrocomes. Apud Theocrit. Eid. Α.

—— ταν βωταν νικω Δαφνιν.

Pag. 6. και ὀυκετι φερειν δυναμενη, ἐπεγειρει ἑαυτην] Sic Ach. Tat. Lib. V. p. 289. ὀυκ ἐνεγκων. Charit. Lib. III. Διονυσιος δε ἀποτυγχανων του Καλλιῤῥοης ἐρωτος, μηκετι φερων. Theocrit. Eid. XXXIII.

 λοι-

λοισθιον ουκ ἠνεικε τοσαν φλογα τας Κυθερειας.
Abſolute etiam Herodian. I. 12. τιτρωσκομενοι τοινυν και μη φεροντες, ἐς φυγην ἐτραπησαν. Imitati et Latini. Ut Terent. Eunuch. Act. I. Sc. I.

Te amare et ferre non poſſe. Cf. Th. Munker ad Higin. pag. 314. Quare in Terentii l. l. emendationem Heumanni Poecil. T. II. pag. 476., recipiendam non esſe ſtatuo. Volebat ſcilicet.

Te amorem ferre non poſſe. ——

Utuntur et Erotici ὀυ καρτερειν, κατεσχειν, et παθειν. In quibus ἑαυτον aut ἐρωτα intelligi vix eſt ut moneam Anthia, ita pergit Xenophon, ἐπεγειρει ἑαυτην. *Se ipſa excitare conabatur.* Quod Cochio non perceptum, correxeram, admonitus loco Luciani in Conviv. ἐφη ὁ Ζενοθεμις ἐπεγειρας ἑαυτον και φθεγγαμενος παμμεγεθες. —— Et ſic Locella. ——

Pag. 6. ἐιχον δε προ ὀφθαλμων τας ὀψεις τας ἑαυτων, τας ἐικονας ἐπι της ψυχης ἀλληλων ἀναπλαττοντες.] Leve eſt, quod dicam. Sed, quod miror, omnes interpretes effugit. Legendum ſcilicet —— ὀψεις τας ἀλληλων, et ψυχης ἑαυτων. Vulgata enim, ſi, ut exſtant, vertas, menti auctoris contraria ſunt. —— ὀψεις numero plurali pro ὀψις utuntur Erotici. In Heliodoro plurima ſunt exempla. Præſto eſt ex Lib. I. pag. 52. και πολυν ἐκ των ὀψεων θορυβον ἐπαγγελλομενος. ——

Pag. 7. ἐυχαι δε ἀυτοις ἑκατεροις ἠσαν προς την θεον κοινη. λανθανουσαι μεν, ἀλλ' ἐγινοντο ὁμοιαι.] Male Cochius. *Vota quidem uterque apud Deam eadem inſciens faciebat.* Imo. *Vota quidem clam faciebant, erant tamen eadem.* Et ſic Locellam voluiſſe vidi Homer. Il. H.

Τοφρ' ὑμεις ἐυχεσθε Διι Κρονιωνι ἀνακτι,
Σιγη ἐφ' ὑμειων, ἱνα μη Τρωες γε πυθωνται.
Ἠε και ἀμφαδιην.

Qui-

Quibuscum comparare ſoleo Tibullum, qui ſæpius Græcos imitatur. L. II. El. I.

—— *palam pecori, clam ſibi quisque vocet.*
Aut etiam ſibi voce palam.

Charit. III. p. 56. Διονυσος μεν ὀυν παντων ἀκουοντων ἐιπε την ἐυχην, Καλλιῤῥοη δε μονη ἠθελησε προς Ἀφροδιτην λαλησαι. ——

Pag. 7. και το σωμα παν ἠφανιςο.] *Omnis corporis valetudo abierat.* Ovid. Briſ. ad Ach. vs. 141.

—— *abiit corpusque colorque.*

Higin. Poët. Aſtron. pag. 393. *Corporibusque recuperatis.* Cf. Interpr. ad Phædr. III. VII. —— Verbum ἀφανιζειν illuſtrarunt Alberti Obſerv. pag. 56. et Raphel. in N. T. ex Polyb. et Arrian. p. 46. Pulchre utitur Schol. Theocrit. in Eid. II. 26. ἀμαθυνοι.] ἀμαθον ποιησαι, ἀφανισαι. ——
Et hoc deinde in Anthia quoque conſpiciebant parentes, ἰδοντες καλλος μαραινομενον, την δε ἀιτιαν ὀυ φαινομενην της συμφορας. Sic Ariſtæn. I. p. 62. ἐνταχεις δε τα μελη, και δυσθυμιαις μαραινομενος την χροιαν, και το βλεμμα δεινως ὠρακιων ἐδεδιει τω τεκοντι φανηναι. Id. p. 86. vocat σωματος ἀφανη ἀλγηδονα. Ovid. Cydip. Acon. vs. 13.

Languor enim cauſis non apparentibus hæret.

et deinde,

Cauſa latet, mala noſtra patent.

Propert. II. I.

Quippe ubi nec cauſas nec apertos cernimus ictus,
Unde tamen veniant tot mala coeca via eſt. ——

Hæc ideo hic dedi, ut omnis meæ commentandi rationis exſtet ſpecimen. ——

Pag. 9. Και ταφος ἀμφοτεροις θαλαμος. και πυρ ἀιδηλον,
Και ποταμου Νειλου παρα ρευμασιν. — — —

Hæc pars eſt oraculi, verſibus hexametris redditi, quod et multis modis eſt corruptum, et, ſi ad nos integrum pervenisſet, poëtica elegantia ſe non multum commendasſet.

 Va-

Vates enim isti lucri faciendi, quam poëtandi erant peritiores. Cum *ταφος ἀμφοτεροις θαλαμος* Cf. Ovid. Hyperm. Lync. ——

In thalamos læti, thalamos sua busta, feruntur.

et Charit. pag. 79. *Βακτρα τε και Σουσα λοιπον ὀικος και θαλαμος.* Achill. Tat. I. p. 49. *ταφος μὲν σοι, τεκνον, ὁ θαλαμος. γαμος δε ὁ θανατος.* —— Quæ sq. *ποταμου Νειλου* aperte corrupta sunt. *Νειλου* abesse debet. Loc. *ἱερου.* Tresl. *δεινου.* mihi *ξεινου* aut *κλεινου* in mentem veniebant. Neque tamen faciebant satis. *Νειλου* a librariis adjectum, aliusque vocis locum occupasse constat. Notavit hoc etiam Abreschius. Quare sic legendum puto.

Και ποταμου ςαυρος παρα ρευμασιν. ——

Narrat in sq. auctor [Lib. IV. pag. 56.] Habrocomam ad ripam Nili cruci esse affixum, ignemque ibidem ei paratum. ——

Pag. 9. *μετα ταυτα δε και ἡ 'Ανθια ἡδετο* et sq.] Forte. *μεγα ἀυτη δε και ἡ* A. *ἡδετο, ὁτι κ. τ. λ.* —— Abresch. *κατα ταυτα.*

Pag. 11. *ἀπασαν δε την κομην τοις ἀυτης ὀφθαλμοις προσετιθει, και τους ςεφανους ἀνελαμβανον.*] Locus difficilis. Hemst. legit *ἀνελαμβανε.* et pro *ἀναδευειν* poni arbitratur. At hanc hujus vocis adeo minus usitatam significationem adhibuisse Xenophontem non credo. Neque Locellæ plene hæc satisfaciunt. Equidem huic loco hunc sensum addo, qui est in hoc Propertii I. 3.

Et modo solvebam nostra de fronte corollas,
Ponebamque tuis, Cynthia, temporibus.

et Long. Pastoral. I pag. 197. *ὁ μεν ὀυν την πιτυν ἀπο της κεφαλης ἀρπαζων, ἀυτος ἐςεφανουτο, προτερον φιλησας τον ςεφανον.*. De voce tamen, quæ huic significationi apta sit, adhuc ambigo. ——

Pag. 12. *και τα πρωτα της 'Αφροδιτης ἐρωτων ἀπηλαυον.*] H. conj. *ἐρωντες.* Loc. se meliorem ex Cod. restituisse ait nem-

nempe *των της* et sq. Malim tamen *των της 'Αφροδιτης ἐργων.* Achill. Tat. L. IV. pag. 237. *το μεν γαρ ἐργον 'Αφροδιτης ὁρον ἐχει και κορον.* Huic loco simile est illud Heliodori p. 33. *κορος γαρ ἐρωτος των ἐργων το τελος.* Quod non intellexit interpres Polonus vertens. *Amoris enim, quo res prosequimur, finis est satietas.* Imo. *perfectio operis* [*ἐργου της συνουσιας.*] *est satietas amoris.* Rectius et hoc viderat Bergler. ad Alciphr. p. 203. —— Cæterum *ἐργον* et *ἐργα* longe plurimis substantivis addunt Græci, quod quidem pervulgatum est. Cf. tamen Lennep. ad Coluth. vs. 8. et Schrad. ad Musæum p. 228. —— Cogitaveram Xenophontem l. l. etiam *ὀργιων*, potuisse scribere, illud etiam hoc sensu teritur. Achill. Tat. IV. 219. *μεχρι ποτε χηρευσομεν των της 'Αφροδιτης ὀργιων.*

Pag. 12. *ἀπολαυσαντες ἀλληλων, ὡν ἐπεθυμησαν χρονων, καλων.*] F. *ὡν ἐπεθυμησαν χρονον πολυν.* Solent sæpius *καλος* et *πολυς* permutari. Hemst. *ὡν ἐπεθυμησαν χρονον, καλων.* At, inquit Loc., duplex genitivus ab *ἀπολαυειν* derivari nequit. Neque illud opus est. *ἀλληλων* est a *καλων.* Ut alibi *ψυχη ἀλληλων* et Sim. Eadem ratio est in Joseph. A. I. IV. V. *της του πολεμου ἡδονης ἀπολαυειν.* et Ach. Tat. I. p. 33. *ὀυπω σου των δωρων ἀπηλουσα.* — Cæterum *ἀπολαυσιν ἀλληλων* est ap. Charit. II. p. 34. Et notum est hæc in amoris fructu frequenter usurpari.

Pag. 15. *και τι ταυτα φησιν 'Αβροκομη πεπιςευκας, ὁτι, ἐαν ἀπαλλαγωσου, περι ἀνδρος ἐτι κατ' ἐμου σκεψη.*] Cochius dissimulando loci difficultatem vitavit. Loc. ita reddidit. —— *Ut si abs te distrahar, etiamnum de marito, quod ad me attinet, cogitaveris.* Et in Annot. *κατα* pro *περι* positum existimat. —— Rectius Hemst. macula hæc non carere putat. Ego sic tentavi. —— *περι ἀνδρος ἐτι κατ' ἐμου σκηψη.* —— Ut *σκηπτεσθαι κατα τινος περι ἀνδρος viri aliquem insimulare* notet. —— Deinde et in mentem venit, —— *περι ἀνδρος ἐτι κατ' ἐμου σκεψομαι.* ——

Ut

Ut ſi a te diſtrahar, etiam de alio marito mecum cogitavero. —— Eamque conjecturam priori præfero. Sic et Achill. Tat. L. VI. pag. 389. *σκεψαι κατα σου τι ἀμεινον. Tecum delibera quid optimum factu ſit.* Et ſic ipſe Xenophon pag. 70. —— *ἐβουλευετο δε καθ' ἀυτης, ὁπως τιμωρησεται την δοκουσαν ἐπιβουλευειν τοις γαμοις.* —— Quod recte Cochius. *Secum ipſa conſuluit.* —— Nec video rationem, quare Locella, qui Cochii interpretationem laudat, legi velit, *καθ' ἀυτην.* et ita fere edidiſſet. —— Cf. illius Annot. pag. 270. Ita autem pergit Anthia —— *ἡτις ὀυδε ζησομαι την ἀρχην ἀνευσου.* Cf. Alciphron I. Ep. 36. *ζην γαρ χωρις ἐκεινης μη δυνασθαι.* Et I. 39. *ὀν Φιλεις ὀυτως, ὡςε μηδε ἀκριβως ἀυτου διαζευχθηναι δυνασθαι.* Pro *ἀκριβως*, quod corruptum etiam tentat Bergl., forte leg. *ἀκαρως* i. e. *βραχυ τι.* —— In formula *την ἀρχην*, etiam poſt v. d. obſervationes, plurimæ Latinæ interpretationes ſunt corrigendæ.

Pag. 15. *και ὁ καιρος ἀυτων ἐποιει τους ὁρκους Φοβεροτερους.*] Nox enim erat, quæ tum neſcio quam formidinem et ſacrum horrorem incutiat. Notum eſt Horatii illud.

Nox erat et coelo fulgebat Luna ſereno
Inter minora ſidera,
Quum tu magnorum numen læſura Deorum,
In verba jurabas mea.

Præterea *μακαρων τοι νυκτες ἐασσιν* ut inquit Heſiod. Op. et D. vs. 730. ubi vid. Græv. ——

Pag. 16. *τη δε δευτερα ἐπεπαυτο μεν ὁ ἀνεμος, γαληνη δε, και ὁ πλους βραδυς, και ναυτων ραθυμια, και ποτος ἐν τουτω και μεθη, και ἀρχη των μεμαντευμενων.*] *Poſtero die ventus remiſit, mare erat tranquillum. Deinde nautarum deſidia, et potatio interim et ebrietas. Et hoc erat initium prædictionum.* Oratio eſt concitata, facti celeritatem quaſi adumbrans. —— Omnia bene cohærent. Et nemo difficultatem hic quæſivit, niſi Interpres Bipontinus;

qui legit, *και ναυτων ραθυμια, και μεθη ἡ ἀρχη των μεμαντευμενων*, et ejicit, *και ποτος ἐν τουτω*, et ſq. *και* in *ἡ* mutavit. Quo facto ſanum locum mutilavit. Eleganter primum eſt tarda navigatio; ſequitur nautarum deſidia, non enim erat quod agerent, deinde potare incipiunt, hinc, ut modum ſervare nequeunt iſti homines, ebrietas orta. ——

Pag. 16. Τω *δε* Ἁβροκομη *ἐφιςαται γυνη ὀφθηναι Φοβερα, το μεγεθος ὑπερ ἀνθρωπον, ἐσθητα ἐχων Φοινικην. ἐπιςασα δε, την ναυν ἐδοκει καιειν* et ſq.] Hic locus, ſi ſic interpungatur omnino mihi integer eſſe videtur. Poſt Ἁβροκομη deëſſe *ὀναρ* ſuſpiceris. Ut ap. Lucian. *ἐδοξεν ὀναρ ἀυτω ἐπιςαντα Ἀλεξανδρον.* Joſeph. A. J. I. 19. *ὀναρ δε ὁ θεος ἀυτω ἐπιςας.* Achill. Tat. I. p. 15. *ὀναρ ἐδοκουν συμΦυναι τη παρθενω. ἐΦιςαται δε μοι γυνη Φοβερα και μεγαλη.* Abreſch. *κοιμωμενω* ſupplet. —— Poſt *ἐΦιςαται* recte ſequitur *ἐπιςασα δε.* Sic ipſe Xenoph. L. II. p. 30. *και ἀυτω ὀναρ ἐΦιςαται* —— et deinde *ἐπιςαντα δε τω δεσμωτηριω.* Quamquam ibi addatur ſubſtantivum. —— Sed abſolute et alii. V. g. Long. Paſt. I. p. 5. —— *τη πετρα προσηλθειν, ὡς ἐκει ληψομενος ἀυτην· ἐπιςας δε,* —— Loc. jungit *ἐπιςασα δε την ναυν* i. e. *navem ſiſtens*, et in *ἐδοκει καιειν* iterum vult *ναυν* intelligere. Quod poſtremum inprimis, durum mihi videtur. —— Cæterum *το μεγετος ὑπερ ἀνθρωπον* eſt ſecundum veterum opinionem. Virg. II. Aen. de Creuſa, Aeneæ apparente.

—— *et nota major imago.*

unde Juvenal. Sat. XIII.

Te videt in ſomnis, tua ſacra et major imago
Humana turbat pavidum.

Charit. L. II. *και γαρ ἐιδον ἀυτην ἐναργως μειζονα τε και κρειττονα γεγενημενην.* ——

Pag. 17. *τελευταιον δε [ἠν μεν περι μεσον ἡμερας, ἐκειντο δε παντες ὁι ἐν τη νηι ὑπο μεθης και ραθυμιας, ὁι μεν καθευδοντες, ὁι δε ἀλυοντες] ἐΦιςανται δε* et ſq.] Κεισθαι

ὑπο μεθης jungenda ſunt. Nec pendere illud ab *ἀλυοντες* aut *καθευδοντες* arbitror, ut fecere interpretes. Sic Polyæn. VIII. Strat 25. *πολυν ἀφυσαμενοι τον ὀινον, ὑπο μεθης ἐκειντο.* Id VIII. 36. *και παντες ἀνεκειντο μεθῃ και θυμηδια.* Long. III. p. 85. *τω δε ἀιματι κεισεται πολλω, ὡσπερ πεφονευμενη.* Sæpius et additur adjectivum particip. v. g. Xenoph. p. 10. et 51. *παρειμενος.* —— Illud *δε* h. l. in *δη* mutandum omnino non videtur. Aeque enim atque *δη* ad orationem abruptam repetendam uſurpatur. Maxim. Tyr. Diſſertat. XXVII. *φερε ἐρωμεθα το δαιμονιον,* et multis interjectis, *ἐρωμεθα δε.* Cf. Devar. De Partic. L. G. p. 130. et Wyttenb. in Annot. ad Select. Princip. Hiſtor. p. 409. —

Pag. 19. *ἑωρα δε και τον Ἀνθιας ἐρωντα. ἀλλα και το βιαζεσθαι χαλεπον ἀυτω κατεφαινετο. ἐδεδοικει γαρ μητι ἑαυτον ἐργασηται δεινον.*] Pro *ἐρωντα* melius *ἐρωτα.* In eadem re Long. III. p. 81. mulier amans Daphnin —— *ἐιπειν δε τι ὠκνει, τον χλοης ἐρωτα καταμαντευομενη·* Illud *ἐδεδοικει,* pro *ἐδοκει,* [et ſic Hemſt.] tribus perquam ſimilibus Eroticorum locis confirmaveram. Long. III. Paſt. —— *φοβουμενη μη τελεως ἀπελπισας ὁ Δαφνις τον γαμον, τολμησειε τι θανατωδες.* Charit. III. pag. 55. *μη ἀρα τι δεινον ἑαυτην ἐργασηται.* Heliod. II. pag. 68. *δεδιως τε μη τι κακον ἑαυτω ἐργασηται.* Ubi, ſi uſum Eroticorum conſulas, legendum *ἑαυτον* dicas. ——

Pag. 20. *δει δε σε τῃ ψυχῃ παντα λογισασθαι, και ςεργειν τον κατεχοντα δαιμονα.*] *ςεργειν τον κατεχοντα δαιμονα.* eſt *præſentem fortunam, ut potes, ferre.* Sophocleum illud eſt ap. Stobæum p. 579.

μη σπειρε πολλοις τον παροντα δαιμονα.

Hinc *κατα δαιμονα fato quodam.* Parthen. Erotic. Cap. IX. ubi mireris interpretantem —— *circum numen aliquod.* Anton. Liber. I. *ἐτελευτησε κατα δαιμονα.* Id. VIII. *Ἐυρυβατης δε κατα δαιμονα ἐκ της Κουρητιδος ἀπιων.* Cf. Valken. ad Hippol. p. 251. — Nec illud elegantia caret quod *κα-*

κατεχοντος δαιμονος meminerit. Sic et Achill. Tat. VI. p. 389. *ἐα με μετα της ἐμαυτης συντριβεσθαι τυχης, και του κατεχοντος με δαιμονος.* Atque h. l. non parum facit ad elegantem Hemſt. conjecturam firmandam, legentis in l. l. Xenophontis pro *τῃ ψυχῃ, τυχῃ.* Favet et Heliod. I. p. 30. *ἐκεινα μεν τῃ τυχῃ λογιςεον.* Qui forte locus eſt, quem unde ad Lucianum adſcripſerit Bourdel. neſcit Locella pag. 178. Cæterum *κατεχειν* et alibi ſic utitur Epheſius. ut pag. 74. *και κατεχειν με ἐπειρατο.* ſc. malus quispiam *δαιμων.* et in ſq. *ἀλλοτε ἀλλης ὑπο της συμφορας κατεχομαι.* Illud quidem ibi *κατεχομαι* [quod deinde in Cod. Flor. repertum eſt] diu antea pro aſteriſcis, in edit. Londin. poſitis, ſupplendum videram. Xenophon Græcus in Sympoſ. Cap. I. §. 10. *παντες μεν ὀυν ἐκ θεων του κατεχομενοι, ἀξιοθεατοι δοκουσιν ἐιναι.* Hinc facile reſtituatur Parthen. Erotic. Cap. IV. *λεγεται δε ταυτην ἐκ του κατεχομενην θεσπιζειν περι των μελλοντων.* Th. Gale jam conjecerat *θεου.* Leg. *ἐκ θεων του.* Sophocl. Oedip. Colon. vs. 38.

τις δ' ἐς' ὁ χωρος, του θεων νομιζεται. ——

Pro *κατεχεσθαι* in N. T. etiam *ἐνεχεσθαι* notarunt Commentatores. ——

Pag. 26. *ἐχω μεν, φησιν, Ἁβροκομη, την ἐυνοιαν την σην, και ςεργεσθαι διαφεροντως ὑπο σου πεπιςευκα.*] Legendum forte *δεχομαι μεν.* Illud *ἐχω,* etiamſi per *novi quidem* explices, durum eſt. Quid? quod ſequitur ſe de amore illius non dubitare. Polyb. p. 64. *ἐπαινεσας και δεξαμενος την προθυμιαν.* Plutarch. Vit. Camilli. *δεχεσθαι την προθυμιαν αυτων.* Sæpiſſime *δεχεσθαι* et *ἐχομαι* confuſa a librariis notum eſt.

Pag. 27. *ἠν δε τα γεγραμμενα.*] Inſerendum *τοιαδε.* Ut recte monuit Tresling. Sic et Xenophon paulo ante. Et Heliod. II. Aeth. *και ἠν γεγραμμενα τοιαδε.* Ach. Tat. I. p. 15. *και ἠν τα γεγραμμενα τοιαδε.*

Pag.

Pag. 29. Ἀνθια δε παντα πενθος ἠν.] Loc. cum Abreſch. Ἀνθια dativum eſſe vult. Ego nominativum præfero. —— Apud Meleagrum in Epigr. Cupido dicitur παντα τερας. Idem quod παν τερος. Nam παντα pro παντως uſu ſatis tritum eſt. Paris ap Lucian. in Jud. Dear. το παν βουκολος. Clem. Alex. Protrept. p. 7. Ἰωαννης το παν γεινεται φωνη προτρεπτικη. Cf. Valk. ad Theocrit. p. 416. cujus eſt. —— ʼχωνηρ ὀξος ἀπαν. —— In Xenophonte utrum legatur παντα, παν, an πασα, nil intereſſe puto. Ita enim ſolent Græci, qui et ὁλος ſic utuntur. Achill. Tat. L. I. vocat hominem valde vulneratum ὁλον τραυμα. et Lib. IV. hiantem crocodilum ὁλον ϛομα. —— Ariſtæn. I. 1. ἐνδυμενη μεν ἐυπροσωποτατη, ἐκδυσα δε ὁλη προσωπον φαινεται. — Quod vero etiam πασα legi poſſet, confirmant Aelian. V. H. VII. VI. πας γαρ μετωπον ἐιμι. Ut ap. in Plautum in Aſinar.

Qui oſſa atque pellis totus eſt.

In Herodoto utrum πας ἐϛι ἀνθρωπος συμφορη an παν præferendum, multis diſputat Horreus Anim. Cap. VI. —— Hoc loquendi genere quum et Herodotus uſus eſſe videatur, neſcio quare Locella in Annot. elegans quidem at rhetoricum dictum putat, neque Xenophontem Ἀνθια [nom.] παντα πενθος ἠν reliquiſſe credat, quum plano ſcribendi genere utatur. —— In eadem videtur eſſe opinione Pierſon. Veriſim. pag. 96. —— qui quum Alciphroni, φαινεται δε ὁλος προσωπον reſtituiſſet, tamen hanc ρησιν ſibi nimis argutam et ſophiſticam videri ait. —— Sit ſane arguta —— At ab Alciphrone adeo non aliena, ut talia etiam ultro captarentur ab eo. ——

Pag. 30. ἀλλ᾽ ὀμνυω σοι τον ἀμφοτερων δαιμονα.] Int. *juro per utriusque noſtri genium* — Mihi magis placet, — *per ipſas calamitates quas ferimus.* —— Ap. Ovid. eſt —— *per ego ipſa pericula juro.* —— Achill. Tat. V. pag. 329. μα την παρουσαν τυχην. Quodſi tamen per *genium* δαιμονα

iſtum durum cogites, non multum refert. —— Heliodor. I. p. 51. και δαιμονι τω την ἀρχην λαχοντι τον ἡμετερον ἐπιτροπευειν ἐρωτα. Alciphr. III. 49. ω δαιμον, ὁς με κεκληρωσαι και ἐιληχας, ὡς πονηρος ἐι. —— Quod aperte ex Theocrito. Eid. IV. vs. 40.

Ἀι ἀι τω σκληρω μαλα δαιμονος ὁς μ᾽ ἐλελογχει.

Corruptus eſt in voce λαγχανειν Alciphr. p. 340. ἐκ τουτων [ex iſtis, quas cepi, avibus] λαχον μοι τας πιονας και ἐυσαρκους, ἀπεϛαλκα πεντε ἐικοσιν. Leg. λαβων σοι, et poſt ἐυσαρκους, ut feci, diſtinguendum. ——

Pag. 30. ὁ δε ὡς ἐιχεν, ἑαυτον ἐπι γης ριψας.] Male Cochius *quo erat dolore percitus.* —— Sic enim ſubſtantivum additum oportuiſſet. v. g. ὡς ἐιχεν λυπης. Vertendum autem *ſic ut erat.* —— Loc. *confeſtim. ſine mora.* Quod fere eodem redit. Aliquis facit hoc vel illud, ὡς ἐιχε, ſicut erat, nihil de habitu veſtituque prius mutato. Herodot. L. I. ubi de Arione dicitur, eum ριψαι ἑωυτον ἐις την θαλαττην, ὡς ἐιχε, συν τη σκευη παση. Quod A. Gellius N. A. XVI. 19. *Cum fidibus ornatuque omni, ſicut ſtabat, canebatque, ejecit ſe procul in profundum.* Lucian. Necyom. ἐπαναγει ἐις την ὀικιαν, ὡς ἐιχον, ἀναποδιζοντα. Aelian. V. H. XIII. 2 ubi Macareus, ἀπολιπων την τελετην, ὡς ἐιχε, συν ὀργη και θυμω ἐισεπηδησεν. Pro et alii aliter. v. g. Apollod. II. IV. ὁποιων ἑκαϛος ἐτυχε σχημα ἐχων. Heliodor. VI. Aeth. ὡς κατεληφθη σχηματος et ὡς ἐιχε σχηματας. Ovid. v. Met. 600.

Sicut eram, fugio ſine veſtibus, altera veſtes
Ripa meas habuit. ——

I. e. γυμνη δε, ὡς ἐιχον, ἐφευγον. Latina expoſuerunt Freinsh. Ind. Curtii in voce. ut. Tennul. ad Frontin. Strateg. IV. 1. 28. Atque, ſi ex Græca forma conjiciamus, ſcribendum videtur, *ſic ut*, quod jam Heum. T. I. Poccil. p. 391. — innuit. Cf. et Raphel. Obſerv. Philol. ex Xenoph. pag. 69. —— Itaque hæc Epheſii, ἑαυτον, ὡς ἐιχε,

ἐπι γης ριψας, explico per Achill. Tat. III. p. 177. *ἐκειμεθα δε, ὡς ἠμεν δεδεμενοι.* et Xenoph. Græcus in Hellenicis. *κατεκλινθη ὀυν και ἀυτος, ὡσπερ ἐιχε, χαμαι.* ——

Pag. 31. *και ἱκετευει κατοικτειραι και τηρησαι.*] Hemſt. *ἀγνην* excidiſſe ſuſpicatur. Idque uſus Xenophontis poſtulat. Unum adſcribam locum pag. 69. *τηρησαι ἀγνην, ἐς ὁσον ἀν ἀυτη θελησει.* Verbis paulim immutatis dixit Achill. Tat. L. VIII. pag. 527. *τηρησω δε σε παρθενον μεχρι περ ἀν σοι δοκη.* Heliodor. IX. Aeth. *ὡςε ἀγνην ἡμιν ἀχρι καιρου της θυσιας φυλαχθηναι.* Heraclitus de Incred. *ἀφθορον διατηρησαι τον Φρυξον.* —— Fere tamen eſt ut credam *τηρειν* et *διατηρειν* pro illibatum ſervare ſolum poni, quod, ex Xenophonte etiam noſtro probare tentavit G. D'Arnaud Var. Conject. L. I. Cap. XXI.

Pag. 36. *ἠν δε ὀυτε γυνη Περιλαω ὀυτε παιδες. και περιβολη χρηματων ὀυκ ὀλιγη. ἐλεγεν ὀυν προς την 'Ανθιαν, ὡς παντα ἀν ἀυτη γενοιτο Περιλαω, γυνη και δεσποτις, και παιδες.*] Hæc ſemper ſuaviſſime dicta mihi viſa ſunt. Præiverat jam Homerus Il. Z. vs. 433.

'Εκτορ ἀταρ συ μοι ἐσσι πατηρ και ποτνια μητηρ
'Ηδε κασιγνητη, συ δε μοι θαλερος παρακοιτις.

Q. l. et uſus eſt Max. Tyr. Diſſert. VIII. —— et imitati alii. Eurip. Oreſt. vs. 730.

—— *φιλτατ' ἡλικωκ ἐμοι,*
και φιλων, και ξυγγενειας, παντα γαρ ταδ' ἐι συ μοι.

Dion. Halic. A. R. VIII. p. 521. ubi Veturia ad Coriolanum. *ὀρφανον ὑπο του πατρος καταλειφθεντα παραλαβουσα νηπιον, διεμενον ἐπι σοι χηρα, και τους ἐπι σης παιδοτροφιας ἀνηντλησα πονους, ὀυ μητηρ μονον, ἀλλα και πατηρ, και ἀδελφος, και τροφος, και ἀδελφη, και παντα τα φιλτατα σοι γενομενη.* Cf. Ovid. in Epiſt. Briſ. ad Achill. vs. 51. et ſq.

Tot tamen amiſſis, te compenſavimus unum,
Tu dominus, tu vir, tu mihi frater eras.

Pro-

Propert. II. 14.

Quum tibi nec frater, nec ſit tibi filius ullus,
Frater ego et tibi ſim filius unus ego.

Q. l. forte ante oculos habuit Balthaſar Caſtilioneus, poëta ſuaviſſimus.

Et data cum tibi ſim utroque orba parente puella,
Solus tu mihi vir, ſolus uterque parens.

Et Secundus noſtras.

Affinis, dominus, cunctaque ſolus eris.

Pag. 36. *ὀυκ ἐχουσα δε ὁ τι ποιησει βιαζομενω και πολλα ἐγκειμενω, δεισασα μητι και τολμηση βιαιοτερον, συγκατατιθεται μεν τον γαμον, ἱκετευει δε ἀυτον ἀναμειναι χρονον ὀλιγον, ὀσον ἡμερων τριακοντα, και ἀχραντον τηρησαι, και σκηπτεται.*] Hunc locum integrum ita rendere tentavi, ut legatur, *συγκατατιθεται μεν, και σκηπτεται τον γαμον, ἱκετευει δε* et ſq. Verba enim *και σκηπτεται* eo loco, in quo in editis leguntur, recte intelligi nequeunt. Hemſt. legebat, *και σκηπτεται τι.* Loc. *και σκηπτεται μεν ἡ 'Ανθια.* Quod quare melius judicet editor Bipontinus non video. —— Anthia, inquit Xenophon, vim timens, ſe Perilao asſentire, nec a nuptiis alienam eſſe ſimulat. *Σκηπτεσθαι γαμον* eſt, ut ap. Long. *προφασιν*, ap. Plutarch. *ἐκςασιν φρενων*, ap. Joſeph. *νοσον*, et ſimilia. —— Itaque ſpe nuptiarum cupidum amantem lactabat, ſperans interea fore ut, *κατα δαιμονα τινα*, hoc negotio expediretur. Eadem ratione apud Heliodorum ſæpe rem geſſit Chariclea. Huic meæ conjecturæ ut magis fidem, eſt, quod Hemſt. verbum excidiſſe monuit, quo illud ſignificetur, quod Anthia *ἐσκηπτετο.* Quamvis abſolute interdum reperiri non negandum videatur. Appoſite Cicero ad Atticum L. XVI. Ep. 9. —— *Ille urguet, ego σκηπτομαι. Non confido ætati.* —— Sic etiam non opus eſt ut *συγκατατιθεσται* cum accuſativo *γαμον*, hic poſitum arbitremur; quum aut ſine caſu, aut cum tertio reperiatur. Locella duo exempla cum

cum accuſativo adfert, ſed ſequamur potius uſum Eroticorum, et ipſius Xenophontis. —— Cf. Heliodor. VII. p. 309. et alibi ſæpisſime. Charit. L. VII. p. 118. Ach. Tat. p. 39. Nam *συγκατατιθεσται* et *συντιθεσται* apud Eroticos idem eſt. Cf. porro Alberti Obſerv. p. 201. L. Bos in Ellipſ. Græc. et ad Thom. Magiſtr. ——

Pag. 37. *ὀυ προ πολλου του ἀντρου.*] *Non longe ab antro.* Cf. Polyæn. VIII. Strat. C. 32. §. 3. ubi Cæſar Helvetios effugere ſe ſimulabat. Quare hic magna eum fiducia perſequebantur. Quum vero Rhodanum transmittere vellent, Cæſar *ὀυ προ πολλου ἐςρατοπεδευσατο.* *Non procul inde caſtra poſuerat.* Male Interpres —— *non multo ante.* —— Aliud exemplum ex Dion. Halic. dedit Tresling. —— quo et utitur Locella. Itaque in Xenophonte nil mutandum. Voluit autem Abreſch. aut *ὀυ προ πολλου ἀλοντος του ἀντρου*, aut *ὀυ πορρῶ που του ἀντρου.* ——




COLUMBIA UNIVERSITY
0032202237



